**Libellus medicus variorum experimentorum, quae nunquam in lucem prodierunt ... / ex plurimis D. Philippi Melanchthonis, et quorundam aliorum ... collectus. ... Inseruimus etiam huic quosdam sales jucundos lectu, cum X. tabulis, tam medicis quam pharmacopoeis valde utilibus futuris. Cum praefatione Joannis Jacobi Pareti.**

**Contributors**

Manlius, Johannes, active 1562.
Melanchthon, Philip, 1497-1560.
Pareti, Joannis Jacobi.

**Publication/Creation**

Basle : J. Oporinus, 1563.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/n9afup58

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Manlius

1563

A XXIX. m

L. XLVI

16/m

MANLIUS (Johannes)

4021/A

4020/

– 36

4020

# LIBELLVS

MEDICVS VARIORVM EX-
perimentorum, quæ nunquam
in lucem prodie-
runt.

A IOANNE MANLIO

Ex plurimis D. Philippi Melanchtho-
nis, & quorũdam aliorum clariſsimo-
rum uirorum prælectionibus colle-
ctus, ac ab eodem in ordinem
diſtributus.

*Inſeruimus etiam huic quoſdam ſales iu-
cundos lectu, cum X. Tabulis, tam Medi
cis quàm pharmacopœis ualde
utilibus futuris.*

Cum Præfatione IOANNIS IACO-
BI PARETI, philoſophiæ & medi-
cinæ Doctoris: Item, Rerum & uerbo-
rum memorabilium INDICE
copioſo.

BASILEAE.

# IOANNIS MANLII AD TEM perantiæ & ſobrietatis fautores Præfatiuncula.

GRAVE *& inſigne dictum diui Pauli eſt, Habete honorē corpori: quo multiplicem materiam cō plectitur. Præcipuè uerò hoc loco quæritur, de diſcrimine inter hominum & reliquorum animalium corpora. Hanc quæſtionem ut appoſitè explicemus, prius generalia quædam præmittēda uidentur, quæ ad meliorem reliquorum intellectū facient. Primùm omnium conſtat, in brutis multiplices eſſe umbras, & ſimulchra plurimùm cum hominibus cōuenientia, imò in quibuſdam longè homini præſtantiora. Exempli gratia, equi ſuum inſeſſorē, & itinera, quæ ſemel confecerint, agnoſcunt: ceruus auditu, aquilæ uiſu, canes odore ſuperant homines. Eiuſmodi qualitates Deus ſuo quodam conſilio animantibus indidit. Veruntamen in ipſis nō eſt actus reflexus, quo honeſta à turpibus, utilia ab inutilibus diſcernere ualeant. Adde quòd multo minus quæ honeſta ſunt, præ turpibus eligant, cùm harum ſemina non obſcura in hominū mentib. deprehendantur. Quæ ſi quis altius introſpiciat, facilè habebit quod ad propoſitam quæſtionem reſpondeat. Habet autem homo maiora & excellentiora dona: quia ipſe*

eſt domicilium diuinitatis, in quo Deus habitarè uult, ſicut pulcherrimè hoc 1. Petri 2. deſcribitur, ubi Apoſtolus ait: Vos eſtis domus ſpiritualis, ſacerdotium ſanctum, ad offerendas ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per IESVM Chriſtum. Siquidem uerò Deus in homine habitet: oportet ut ædificium ſanctiſsimæ Trinitatis ſit immaculatum ab omnibus huius ſeculi deſiderijs, & iniquitatibus: à quibus uas noſtrum cuſtodire in ſanctitate iubemur à Paulo, 1. Theſſ. 4. Deinde non omni tempore interitui obnoxia erunt noſtra corpora, ſed Deus etiam ea transformabit, & filij ſui corpori conformia reddet, ſicut Paulus ad Philippenſes ſcribit: ubi tum Deus erit omnia in omnibus. Quare ſi noſtris corporibus debitum tribuere honorem uelimus, utamur illis ad celebrationem nominis diuini, & proximi utilitatem. Hoc autem uarijs modis fieri poteſt, & debet. Quidam ingenij ſui neruos, omniaq; ſtudia eò dirigunt, ut utilibus ſcriptis nominis diuini celebratio propagetur, & multorum hominum utilitas quæratur. Alij liberales manus porrigunt egenis, & ſtrenuè iuuant honeſtos piorum inopumq; hominum conatus & labores: inuitati proculdubio inſigni præconio, quo Chriſtus ſua in ipſis opera (ut cum Auguſtino loquamur) coronabit. Id quod Matthæi 25. capite longo catalogo recenſet. Et ut uno uerbo dicam, quiuis ſuo corpori

corpori honeſtatem poteſt tribuere, quando uocationi, quàm ſibi Deus iniunxit et commendauit, ſedulam diligentiã ſuam ac labores tempeſtiuos cum temperantia mixtos impertitur. Sic eregionè perdimus & quaſi occidimus corpora noſtra, ſi exceſſum diurnis nocturniſq; comeſſationibus, aut ingurgitationibus, uel etiam immodicis uigilijs faciamus: quod uitium, proh dolor, noſtram Germaniam grauiſsimo damno affecit, datq; locum ueteri dicto: Plures nimirum gula quàm gladio perire. Hac de cauſa nõ fruſtra Saluator noſter nos ad temperantiam, propter ingentia mala quæ ex intemperantia ſequũtur, adhortatur: Attendite, inquiẽs, ne grauentur corda ueſtra crapula, & ebrietate. Quod ſi nihil aliud temperantiam nobis inculcaret, uel infinita eius commoda id obtinere debebant. Hac enim cordis affectus aptiores ad orandum & puriores conſeruantur, & induſtria animi ad quaſuis actiones uocationis noſtræ obeundas alacrior fit: ut experientia ipſa teſtis eſt. Hæc præmittere uolui, Lector, ut mecũ ad maiorem ſobrietatem ſeu temperantiam multos alios inuitem: deinde ut cogitemus, nos non potui, cibo, alijs'ue corporalibus uoluptatibus deſtinatos prorſus eſſe: ſed corporalia bona à Deo in hunc finem eſſe creata, ut nobis inſeruirent. Nos uerò Creatori tribueremus, quod à nobis poſtulat. Ad eiuſmodi rerum

 conſidera-

cõſiderationem optima methodo te ducet Libellus ille noſter Medicus. Videbis enim, quàm leuibus ac tenuis momenti medicamentis tuam ualetudinem tueri poßis: quæ ſi negligerentur, facilè ualetudo labefactaretur. Sicut eius rei exẽpla ſingulæ familiæ nobis præbere poſſunt. Quiſquis ergo corporis tui curam & conſeruationem habere, illudq́; præſeruare à uariorum morborum conflictationibus cupis, hunc noſtrum laborem non poſtremo loco colloca, inter ea ſtudia quæ hac de re poſſunt tradi. Faciet breuitas compẽdioſa, ut longè plures inde percipias utilitates, quàm uno atq; altero uerbo tibi prædicare queam. Prius ergo cognoſce, quàm iudices, aut deſpicias.

Bene uale.

IOAN-

# IOANNIS IACOBI PARETI, PHILOSOPHI ET MEdici, ad Lectorem

## PRAEFATIO,

*In qua Medicinæ laus & utilitas breuiter comprehenditur.*

QVANTA ſit Medicinæ præſtantia, quamq; honorificè ueteres illi uerè ſancti & ſapientes homines, de ea iudicarint, uel unus certè Homerus, uates ſine dubio rerum humanarum peritiſs. abundè teſtatur, qui hanc artem longè pulcherrimo elogio nobilitauit, inquiens:

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Hominem enim Medicū, multis alijs hominibus præſtare cenſuit: quod Poeta acerrimi iudicij nunquam dixiſſet, ſi nō uidiſſet, tantum oportere tribui, tam eleganti rerum naturę cognitioni. Quid quòd Homero non tantum uetuſtiores, ſed etiam grauiores uiri, Medicis diuinos honores habuerūt, eosq; beneficentia & ſtudio in numerum deorum ſuſtulerunt? Quod grauiter quidē illi & con

ſtanter fecerunt, ut eorum ferebat religio: iudicabant enim illi, hanc ſapientiã non humanam, ſed cœleſtem eſſe, quæ tam arcanas rerum uirtutes, in ipſis naturæ uenis reconditas & abſtruſas, euoluere, & in lucem proferre poſſet: neque hominis, ſed Dei eſſe, tanta hominibus commoda adferre. Quare meritò apud eos in diuino honore erant, à quibus diuina beneficia percipiebant. Principē deniq; locum ueteres, inter honeſtiſsimas diſciplinas Medicinæ dederunt: ut interim taceam Græciam, quæ cum omni genere diſciplinarũ maximè floreret, Hippocrati eos honores habuit, quos prius Herculi monſtra tollenti detulerat. Ex quo Medicinæ ſplendor & dignitas æſtimari debet: cum ea regio, quę ſic uiris ſapientibus præſtabat, ſic optimarum rerum iudicio pollebat, Medicinã tam exquiſitis honoribus exornarit, ut dignitate eam Herculi minorum gentiũ Deo adæquaret. Quapropter illud ſtudium iam olim fuit tantũ regum, principum & nobilium: nec uulgaris homo, aut ex plebeio ordine, potuit in illo uerſari. Nobiles certè familiæ hanc inſignē

doctrinam

doctrinam apud priſcos excoluerunt. Exemplum eſt ipſe Hippocrates, qui è magna gente ad Medicinã acceſsit. Fuit enim natione quidem Cous, Heraclidæ autem & Phænaretes filius, ab Hercule Æſculapioq́; genus ducens. Hic igitur cum genere & opibus magnus eſſet, ad Medicinam ſe contulit potius, quàm ad aliud inſtitutum ullum: atq; in pulcherrimo hoc campo ita expaciatus eſt, ut nihil intentatum, nihil inexpertum reliquerit, omnia elaborata & ſummo iure exiſtimata literis conſignarit. Eaq́; uerſantur in oculis, tenẽtur manibus, & ad uſum omnino à natura exprompta, & quid poſsint ſapore conſignata, atq; indicata notis: & à maioribus noſtris, ab optimis magiſtris, noſtra memoria explicata ſunt, quę iam deſerta ac ſuppreſſa iacent, quia neglecta. Hic uno atq; altero remedio contentus eſt, quæ ſcilicet accepit oraculo, nec ulli reuelanda putat. Sed ego ſic arbitror, optima eſſe remedia quæ plurimis cognita, plurimis probata ſunt. Alteri elementa ſordent, & quicquid eſt elementare: hinc noua elementorum ſoboles: hinc æther & cœ

 lum

lum ipſum ad remedia expriméda ſunt. Hìc abdita naturæ latét, & deliciæ diſciplinæ: nõ aliæ ſunt ſalutis opes, & præcia Medicinæ, niſi quæ μεταςοιχείωσις illa, magna indignatione rerum à natura extorqueat. Parum ſarta eſt uita, & ualetudo corporis, niſi quæ magno conſtat. At cõtrà res habet, quia frugi Medicũ oportet curare quàm minimo.

Officinę componuntur magno uaria ſupellex inſtruitur, uitrea labra, catini, pyramides, folles, aliaq; plurima: tẽperantur ignes, materia quoq; nuncupato uoto, appellato numine, ex ephemeride Mathematica notato cœlo legitur, atq; comparatur: articulantur uaſa ſuoq; luto & argilla compinguntur: alij aurę adítus oblinuntur: alij uiæ corniculis patent. Itaq; natura prorogatur, ſolicitatur flabris, uexatur igne, cõflatur, coquitur, exprimitur, donec reſoluatur, ſecumq; diuortium faciat: ac tam perplexa cura, ſua Saturno, ſua Mercurio & Ioui, ſua Soli & Lunæ, ac reliquis Planetis genitura deducitur, atq; hi denuò conflati inter ſe transformantur. Hinc diuina & cœlo ducta remedia, quæ dij illi

euocati

euocati cœlo, & iam fornacib. excocti, ſuis regibus atq; principibus parturiũt. Putrida uerò abiectaq́; iacent exprom pta auxilia, nobiſcũ nata, & ſine impendio parata domi: uulgaris eſt natura, & fœculenta Medicina elementorum, qua uulgus & fæcem hominũ uti oporteat. Illiberalis ſcilicet, atq; euidens natura, omnia ſalutis inſtrumenta intus abſtruſit: aut effœta defectaq́; ſucco, nihil contra morbos concepit: uel non parit quidem, niſi cõflata, cocta, ſoluta deniq; miris artibus exprimatur. Sed hæc uitia ſunt & fabulamenta artificũ: nulla artis culpa eſt: quæ à præclaris ingenijs parta excultaq́;, magna ſupellectile rerũ Medicinã auxit. Fruamur potius, more maiorum, natura nobis domeſtica atq; familiari: legatur materia nobiſcũ edita, quamq́; ultronea natura promit. Alijs autem remedijs ueluti externa manu, & auxiliaribus copijs uti conueniet.

In eadem cauſa ſunt, quibus nihil placere poteſt, niſi quod Indiam loquatur, & extremum Oceanum: qui tantum externa probant, & exoticas merces admirantur. Hunc errorẽ ignoratio primùm

peperit:

peperit: deinde quia rudibus ingenijs bonarum rerum conſuetudo grauis eſt. Et bona fide oblatæ merces uulgo ſordeſcunt. Quid quòd externa illa longo quæſita mari, grauibus periculis inuenta, inſanoq́; ſumptu comportata, exoleta ferè, adulterata, ſuſpecta denique ad nos perueniunt? nec alio ſæpè momento conſtant, quàm impoſtura? An non hæc demẽtia eſt, ita ſubſcribere alienis: uieta, euanida, ac ferè dubia auxilia ſic perſequi, ut uigentem domi, extemporaneam, certamq́; Medicinam deſeras? Calcantur multa (quemadmodum Herophilus, clarus in Medicina, ſenſit) & ſunt in oculis, quæ conflatis, fuſis, recoctis, quæ ex India & rubro mari cõportatis, rectè præferas. Vernaculæ ſunt nobis, atq; domeſticę naturæ opes, quibus ſanitas conſeruari, morbus profligari queat. In fæce rerum & excrementis, in carie, in rebus minimis, obſoletis, ac ꝓpè nullis, remedia condita ſunt. Veluti paucis in hoc Opuſculo cernere licet, ubi remedia quædã uerè εὐπόριστα, experta, naturæq́; amica reperiuntur: magnis laboribus, magniſq́; uigilijs ex D. Philippi

lippi Melanchthonis, piæ memoriæ, le-
ctionibus, à Doctiſs. uiro D. IOAN. MAN
LIO, ſummo ſtudio atq; diligentia colle
cta, ac cõportata: qui ſuas partes eſſe du
xit, ea in Libello hoc, de abditis non-
nullis ac mirandis morborũ ſanationi-
bus quædã, tumultuaria quaſi (ut uide-
bantur) feſtinatione, ex tempore potius
effuſa, quàm à cura diligentius exarata,
iterum relegere, utcunq; in ordinem re-
digere, & in publicum dare: ne ſi qua in
his eſſet utilitas, cùm præſentis tum fu
turi ſeculi hominibus inuideretur.

Porrò, quantum ſit illius uiri aduerſus
poſteritatem omnem officium, uel ex hi
ſce quæ noſtro ſeculo faciunt homines,
licet intelligere: quorum ſi quis uel exi-
guam habet artis portiunculam, καὶ μι-
κρόν τι τῶν ἐμπειρίᾳ δοκιμαζομένων φαρμά-
κων, quantum gloriatur, quantumq; id
celare ſtudet? ut ne amiciſsimis quidem
communicari uelit. Veluti qui experi-
mentum habent aduerſus morbum ali-
quem: id enim alij non expediunt, niſi
magno ꝓpoſito præmio: aut ſi promãt,
minimè tamẽ cæteris id patefieri uolũt.
At noſter Manlius ille, quæ multis uigi-
lijs,

lijs, longo temporis interuallo didicit, poſteris uniuerſa effundit, & fideliter depromit: quæ profectò eſt animi quædam magnitudo illius hominis. Siquidē occultatio rerum non aliunde, quàm ex animi deiectione proficiſcitur. Quapropter primùm ab omnibus bonis qui aliquid utilitatis ex labore huius Manlij, uel ipſi, uel poſteri eorū percipient, meritò laudari & tueri debet: deinde etiam ab ijs qui hortatores, & incitatores ipſi extiterunt, ut hæc & priora poſteritati committeret, qui à Zoilorū calumnijs huic poſtremo ſeculo uſitatis eū defendere, & patronos ſe oſtendere uelint. Facilè enim labor alterius poteſt uituperari, præſertim à talibus qui non ſubierūt. Quiſq; ergo gratitudinē ſuam erga hunc bonum uirum, qui in honorem Dei, & utilitatem poſteritatis laborauit, declarare ſtudeat. Ná tales certè ſunt promouendi, ſummoq; amore amplectendi, colendi, obſeruandi, ac omnibus officijs afficiendi: qui non ſolùm ſibi uiuūt, ſed etiam alijs quamplurimis prodeſſe cupiunt: inſuper huius boni uiri diligentia & ſedulitas omnibus prodeſſe poterit,

dextrè

dextrè aliorum labores iudicantibus, quibus haud dubiè rem gratiſsimam fecit. Si qui uerò ſunt ſcioli, quibus argumentum calumniandi nunquam defuturum nouimus, ac ueluti innatum eſt optima in peiorem partem interpretari, nullisq; honeſtis & utilibus laborib. delectari, atq; ſuam cantilenã (ſicut coccyx conſueuit) ſolum admirari: illis dictum eſto, quod in inuſitato & communi Gręco Prouerbio dicitur: μωμήσεταί τις θᾶσσον ἢ μιμήσεται. Habemus etiam alia, quæ alio tempore his ipſis, & auaris ſeu fucis aliorũ laborem ad ſe arripientibus, abunde declarabimus, ſicubi huic bono uiro ſua maleuolentia uel auaricia obeſſe ſtudebunt. Hæc erant, Lector, de quibus nunc temporis te commonefaciendum eſſe duximus. Vale: ac bonorum doctorumq; labore, ſicut apis ſedula, fruere.

IN

## IN LIBELLVM HVNC Medicum Samuelis Holtzachij ad Lectorem, Carmen.

*ARtes ad medicas referenda ſequentia ſcripta,*
*Summo ridiculis margine plena iocis:*
*Non uni uoluit, ſed multis, optime Manli,*
*Ingenium ſtudijs inuigilare tuum.*
*Cunctorumq; capax, quæ continet igneus æther,*
*Arctis limitibus ſe cohibere negat.*

## Aliud, ad eundem, à quodam docto uiro, deq; ſtudijs benemerito, compoſitum.

*Quæris opem medicam ſi quis, curamq; leuandi*
*Lethales morbos, hîc medicamen habes.*
*Repperies lepidos hîc, dulciloquosq; lepores,*
*Quos tibi collectos* MANLIA *cura dedit.*
*Sæpius ingentes morbi ſermone leuantur,*
*Atq; remittenti ſæpè dolore cadunt.*

## OBSERVATIONES VTILES pro ſuorum corporum homicidis.

*ANcipiti ſi uis præceps occurrere morti,*
*Sæpè tibi uenas incidito, ſæpè lauato.*
*Sit cibus immodicus, numeroſaq; pharmaca ſume:*
*Sollicitus uiuas, grauibusq; obſtringere curis.*
*At uacans ſtudijs, fœtensq; habitato cubile,*

*Inuidiaq;*

*Inuidiaq; iraq; frequens conſumere, nullis*
*Viuito cum ſocijs: uitam ſic perdis, & horas.*

## Ein nützlich regiment/ für die ſo vor der zeit züm todt eilen.

Wer vor der zeit wil ſterben/
Der ſoll ſich vleiſig bewerben/
Offt baden vnd aderlaſſen/
Freſſen vnd ſauffen one maſſen:
Vil wachē/ bekümern das leben/
Sich in ſchwäre ſorg begeben:
Jn ſtinckenden gemachē wonen/
Mit zorn ſich nicht verſchonen:
Alle gſchelſchafft vermeiden/
Pillulen vnd artzeney offt leidē:
Das ſein zehen gůtter ſtuck/
Dē gſundē leben zů vnderdruck.

### IN LIBELLO MEDICO Errata.

*Fol.3.6 ægrotus 4.20 incaleſcere 5.6 pleuritide 11. 16 affici 15.7 ſmaragdus 17.11 ualetudini 32 irritato ibid. irritatis 39,13 hauſtu 93.15 ſuppoſitorijs 94. 1. craſſa. ibid. obſeruandum 99 in penult. ſale in ult. poſt ſale, dele e 107.1 autem.*

**

# RERVM ET VERBORVM
*in libello Medico memorabilium*
INDEX.


A Garicum quomodo corrigendum 95
Alexandri ſomnium 35. in ſummũ ſacerdotem reuerentia. ibid.
alexipharmaca 5
alexiteria. ibid.
aloes uires 97
animi mœrore extincti 21.22
apophlegmatiſma 109. quomodo & quando ijs utendum. ib.
apoplexiæ curatio 13
apoſtematis curatio 20
aquæ in peregrinando ex lacunis hauſtus nociuus 7
de Aquis & ſyrupis cuilibet membro appropriatis 86.inde
Armenius lapis quomodo dandus 97
Aſpaſiæ ſcabies 34. ſomnium. ibid.
ex Athenæo, hiſtoria 7. 8

B

Bibentibus tres hauſtus conceſsi 43
bilem atrâm quæ educat 92 præparent 85. purgent 90 flauã quæ educant 91 prę-parẽt 84. purgent 89
bolus purgatorius quomodo formandus 93. eius quantitas quæ. ibid.

C

Καχεξίας curatio 9
calculi curatio 13.14
Callimachus 23
Capnionis frugalitas 38
καρδιακὴ quid 11. eius curatio. ibid.
cataplaſmata 113. quid ab emplaſtris differant. ibid. quomodo exhibenda. ibid.
catharrorum curatio 12
cereuiſia rectè cocta, ſalubris potus 44
cereuiſiæ plus quàm uini bibi 44


chamæ-

chamæleon 4
Citrium pomum 8
clyſteres quo tempore inijciendi 99
clyſterium genera 98. compoſitio. ibid.
cœnæ quales eſſe debeant 43
colici doloris curatio 5
comitialis morbus an curabilis, quomodo inquirendum 15
compotationis liberioris incommoda 45
condita 103.104 quomodo & quando exhibenda. ibid.
confectiones aromaticæ quamq; corporis partem roborantes 101. inde. quomodo componendæ 103. quãdo exhibendæ. ibid.
conſerua 103.104. quomodo & quando exhibenda. ib.
conſuetudinis uis 19
corallia 15
cornu ceruini uſus 16
corporis ſui homicida quis 27
corpori honos habẽdus 44
corporib. debita quies tribuenda 25
cynosbatus 14

D

Daniel cur iuxta mandatum Dei propter ſomnia non ſit occiſus 29. 30
decocta 98
Dei protectio 32
dẽtium doloris curatio 15.16
diaboli in angelum lucis transformatio 29

E

Ebrietas 40.41 .inde
ebrietatis ſpecies 42
contra Ebrietatem, Nazianzeni uerſus 41
de Ebrietate, iocus 41
eclegmata 195 quando ſumenda 106
electri utilitates 12.13
elleborus quomodo corrigendus 97
emplaſtorum componẽdorum ratio 112.113
epithymum quibus dandum 97
errhina 108 quomodo & quando ijs utendum. ibid.
eſula quomodo mace-

randa 97

F

Febris curatio 20.21

in Febribus, aqua nociua 2. uinum noxium. ibid.

frugalitas 38.39

G

Germanorum intemperantia 40.41

Granata mala 21

H

Hauſtus Poeticus quis 44 tres bibentibus conceſsi 43

hiera picra quomodo danda 97

hydropis curatio 18.19

I

Impoſtores, ſub medicinæ prætextu 2.3

infuſio medicis quid 93.94

ingenia alia alijs magis præſaga 30.31

intemperantia 40.41 inde

de Intemperantia, Platonis ſententia 40

Ioannes Keiſersberg 35

Ioſeph cur iuxta mandatum Dei propter ſomnia non ſit occiſus 29.30

iuniperi granorum uſus 14

L

Lemnia terra 5. eius uſus & admiratio. ib. 6

libanotis 9

linimenta 112. quomodo cõficienda, & quãdo applicanda. ibid.

literæ Græcorum, numerorum notæ 26

loch 105. quando ſumatur 106

lozengiæ medicis quid 103

lucubrationes pernicioſæ 27

Lutherus quo morbo extinctus 10.11 & inde

ein Lutheriſcher drunck 46

lycanthropi 36

M

Macedonici reges pardali comparati 47

maſticatoria 109. quomodo & quando ijs utendum. ib.

matricis doloris curatio 9

medicamenta infundenda

da quæ 94.95 purgantia quando ſumẽda 90 purgantia ſolida 91. unde quẽq; humorem purgantia, liquida 89. inde
medicamentorum tabulæ 47.48. inde
ſub Medicinæ prætextu, impoſtores 23
medicorũ contemptus pœnæ 1.2
mediocritatis laus 38
melancholiæ curatio 16. 17
mezereon quomodo macerandum 97
morbi periculoſiſsimi quomodo ſæpe curati 1
morborum curationes cur interdum infeliciores. ibid.
morſelli medicis quid 103
myrobalani genera 96. eorum uires. ibid. quomodo corrigantur. ibid.

N

Nazianzeni cõtra ebrietatem uerſus 41

O

Oculorum luſcorum falſa curatio 4
odoramenta 109. quomodo conficienda. ibid. eorum uſus 110
olea 110.111. eorum uſus. ib.
ophthalmiæ curatio 12

P

Paduæ medicorũ conſuetudo 18
pardorum capiendorum ratio 46. celeritas ibid.
Pariſijs in purpura præparanda,mos 45.46
partus difficilis curatio 12.13
patientia 24
pectus cur tegendum 15
pectoris doloris curatio 15
pillulæ caput purgantes quales 92. quando ſumendæ. ibid.
pilularũ doſis quanta 92
pituitam quæ educant 91 præparent 84. purgent 89
Platonis de intemperantia,ſententia 40

pleuritidis curatio 3.4 & inde
polypodium quomodo corrigendum 97. eius uis. ibid.
potus qualis eſſe debeat 43
prandiorum tempus ueteribus 26
de Prouidentia, teſtimonium 1
purpuræ præparatio quomodo fiat 45.46
Pyttacus Mitylenæus 40

Q

Quies debita corporib. tribuenda 25

R

Res ſingulæ ad quid cõditæ 1
rhabarbarum quomodo corrigendum 95
rhinoceros an adhuc in rerum natura 16
rotulæ medicis quid 103

S

Sales uarij 23.24 & inde
ſcammonium quomodo corrigendum 96
Scorpij ictus curatio 6
ſenna quomodo corrigẽda 95
ſerpentes quomodo in uentriculo hominis generentur 7
ſerpentum ictus curatio 7.8 in uentriculo natorũ curatio 6.7
Sex horæ tantum, &c. uerſuum explicatio 26.27
ſobrietas 37.38 uirtutis penus, ibid. inde
ſomnia circa auroram ueriora 30 diabolica 35.36 duplicia 28.29 quomodo obſeruari poſsint. ibid.
ſomniorum interpretes cur occiſi 30
de Somnijs exempla 30. 31. & inde. quæſtiones 28.29. & inde
ſomnum prouocantia 106 quomodo, quádo & quibus exhibenda 107
Spartæ conſuetudo 40
Stock, medicus 6
ſtranguriæ curatio 13.14
ſtupefacientia 106. quomodo, quando & quibus exhibẽda 107
ſuffumigationes 110 eorum uſus. ibid.

ſuppoſitoriorum genera 99.100
Syracidis dictum 1
ſyrupi quando exhibendi 85
ſyruporũ commiſtio hodie quæ 85
de Syrupis & aquis cuilibet membro appopriatis 86. inde. quéq; humorem concoquẽtibus 84. inde
T
Tabulæ medicis quid 103
tamarindi uires 96
temperantia, præcipua medici uirtus 42
temporis matutini commendatio 26.27
tẽpora negocijs & quieti tribuenda quæ 26
per Temulentiã peccãs, duplici pœna punitus 40
terra Lemnia 5. eius uſus & admiratio. ib.
triſticia animi extincti 21.22
trochiſci 105. quomodo exhibendi. ibid.
turbith quomodo corrigendum 96. eius uis. ibid.
Turcicos imperatores non bibere uinũ 40. mos, unde. ibid.
V
contra Venena quid cõducat 8
uinum febricitantibus malum 2
uini boni notæ 22
uina optima 22. 23
uirtus expulſiua quomodo fortificanda 100
unguenta 111. eorum uſus. ibid. quomodo conficienda 112. quando exhibenda. ibid.
uomitum prouocantia 106 quomodo, quãdo, & quibus exhibenda 107

FINIS.

# LIBELLVS MEDICVS.

SYRACH de arte medica dicit: Dedit Deus ſcientiam, ut conglorificetur in mirabilibus ſuis. Quibus uerbis ſignificare uult, quòd illa ſubſtantialis efficacia in ſingulis remedijs ſit teſtimonium de prouidentia diuina, & quòd ſingulæ res ad uſus hominum ſint conditæ. Deinde ſunt etiam quædam res ad animantium conſeruationem deſtinatæ. Illud enim uerißimum eſt, multos periculoſißimos morbos leui cura, ſi in principio mediocria, & ferè nullius momenti remedia applicata ſint, curatos eſſe. Quòd uerò interdum curationes ſint infeliciores, id plerunq; fit malicia hominum, nolentiũ fidelib. & doctis medicis obedire, ijſdemq́; temperantiam mediocrem, quam curatio requirit, præſtare. Cuiuſmodi exempla ſunt hæc ſequentia.

## Contemptus medicorum pœnæ.

Quidam ex collocutoribus in conuentu

Ratiſponenſi laborabat febri, iubebatq; ſibi adferri aquam: & uno impetu tres cantharos aquæ exhauriebat. Medicis eũ obiurgantibus, reſpondit: Vos medici noſtis meam naturam, ego ſum robuſtus Sueuus. At paulo pòſt ex illa intemperantia moritur, quia epar antea ualdè calebat: infuſaq; nimia aqua, uehementior pugna per antiperiſtaſin facta, debilitatum epar, et eiuſdem epatis uirtus calore febrili, accedente illa infuſione aquæ, uincebatur: unde ſtatim epatis putrefactio eſt ſequuta.

Bonus & honeſtus uir Bononiæ incidit in febrim, & fide medicorum ualetudini eſt reſtitutus. Cum uerò minus diligenter cuſtodiretur à ſocijs, uidit in menſa poculum uini ſtare: quo arrepto & exhauſto, rurſum in morbum incidit, & febri extinguitur.

## Impoſtores, qui prætextu medicinæ homines fallunt.

Quidam Princeps pulcherrimus, robuſto etiam corpore, tantum mortuus eſt ſcelere (non dicam inſcitia) chirurgi: cum alij docti medici eum monerent, ne uteretur

tur illa medicatione. Ille optimus Princeps cœperat laborare pleuritide, quæ initiò quidem eſt curabilis, præſertim antequam ad eam febris accedit, ſi tantumodo philoſophica ratio adhibeatur: quando uidelicet ægrotus (ut poſtea indicabimus) bibit ſuccum chamæleontis, & bonam diætam adhibet. Medicus uerò Principis illius, uir excellenti doctrina præditus, & medicinæ non uulgariter expertus, in illo morbo ritè phyſico more procedebat. Sed Princeps habebat chirurgum, qui obtemperabat eius affectui. reprimebat enim calorem frigida terra, ad plantã pedis applicata. ſed ita repreſſit calorem, ut rediret ad cor: ubi ita auctus eſt, ut ſic inflammatus Princeps ille medicatione, deniq; moreretur. Hæc ſunt nobis à fide dignis, & qui huic medicationi præſentes interfuere, uiris recitata.

Erat hic nobilis Pomeranus de Maſſauu, qui curabatur uino Maluatico in pleuritide: erat enim ab indocto medico ſic perſuaſus. Tandẽ bonus ille adoleſcens ſic inflammatus eſt, ut ſpacio tridui moreretur.

*Quidam ſacerdos non procul à Torga, curabat luſcos oculos, ſcribendo characteres, & appendendo illis de collo, addens uidelicet hæc uerba Germanicè:* **Der teuffel kratz dir die augen aus/ vnd ſcheiſs dir in die luckhen.** *id eſt, Diabolus tibi oculos eruat, & cacet in cauitates. Sic illis fantaſijs multos homines decepit.*

## Pleuritidis curatio.

*Non eſt magis præſens & ſubitaneum remedium contra pleuriſin, quàm ſuccus ex chamæleōte uulgari herba, Germanicè* **Marien diſtelln** / *expreſſus: quē ſi ini tio morbi patiens bibat, tūc ſtatim remiſſionē & leuamē illius morbi ſentit. Hoc remedio multos adhuc uiuētes curauimus.*

*Memini optimum quendam uirum nobiſcum iter in æſtu facientem, in conuiuio in caleſcere (eramus enim apud homines locupletes, & lautè cibo & potu pleniore nos excipientes) & laborare pleuritide: cui meus frater dabat pharmacum, quo etiam eſt uſa uxor D. Martini Lutheri. Deſcendebat frater meus in ſtabulum equorum,*

rum, & exprimebat ex ſtercore equino ſuccum: cui, ad fallẽdum, ſaccharum inſperſit, & ægrotanti hauriendum præbuit, iubens eum ſimul in lecto dormire. Hac unica curatione ille poſtridie fuit curatus.

Ego ſum curatus in pleutitide, tantum contuſa maxilla piſcis lupi, cocta & pota. Nunc hanc ipſam ob cauſam tales maxillas, præſertim in grandioribus lupis, diligẽtius reſeruo.

## Colici doloris curatio.

Curaui ſæpiſſimè noſtros ſcolaſticos colico dolore laborantes, hoc leuiſſimo remedio: ut tantum in locum affectum, ſaccum auena impletũ calefactumq́; imponerent: & ita ſunt citò curati.

## Alexipharmaca, ſiue Alexiteria.

Eſt mirabilis naturæ terra Lemnia. nam Dioſcorides ſcripſit, hircinum ſanguinem miſceri Lemniæ terræ. Cuius remedij magnus uſus eſt. Quare Galenus ipſe ea loca adijt, ut exploraret certò, quomodo appararetur: comperitq́; naturam eſſe metallicam, ſine mixtura ſanguinis hircini. Eſt autem hodie in tanto uſu, tantaq́; admira-

*tione apud Thraces & Græcos, ut Turcicus imperator peregrinis legatis terrã Lemniam inter peculiaria dona dare ſoleat. Eſt enim terra Lemnia optimum & præſtantiſsimum remedium in peſte ac dyſenteria. Turcicus Imperator donauit Schoppero Legato Imperatoris aliquot maſſulas, pro ſingulari munere.*

## Contra ſcorpij ictus.

*Quando ſcorpius necatur in oleo, illudq́; ſauciato à ſcorpio illinitur, tunc ſauciatus curatur.*

*Quidam eques apud nos uenit ad medicum Vlmenſem, Doctorem* Stock *( qui erat medicus omniũ principum in noſtra uicinia, habebatq́; ſuam ſingularem fortunam curandi morbos ) dicens: Domine Doctor, neſcio quem morbum habeam: manè ieiunus uentriculum meum cum magno dolore arrodi ſentio. Tu nebulo, inquit Doctor (erat enim medico familiaris) fortè aliquid mali comediſti. & retinuit eum quadriduum, ac pauit eum ordine, ſimulq́; à nimio cibo & potu abſtinere iuſsit. Poſtea uerò, poſt longam deliberationem (erat*

enim ualde induſtrius, & artis ſuæ peritiſſimus) inquit: Tu nequam, uoraſti ſemina ſerpentum, ex quibus ſerpentes in tuo uentriculo procreatæ ſunt. Inſtituit uerò curationem hoc modo: collocans eum in lectũ, ac admouens eius ori lac ualde calefactũ. Serpentes poſtquam hoc olfecerũt, ſerpere cœperunt ex uentriculo in collum. quarum colla ſtatim chirurgus, iampridem aduocatus, paratusq; cum ſuis inſtrumentis, apprehendebat, ac extrahebat aliquot ſerpentes per interualla. Extractis iam omnibus ſerpentibus, Doctor indicauit, unde illud malum ipſi accidiſſet: Tu ualde ſitiens, inquit, hauſiſti ſtrenuè aquam ex aliqua lacuna, ubi fuerunt ſemina ſerpentum. Ille faſſus eſt, ſe bibiſſe in uere: & ita curatus eſt.

Dominus Staniſlaus à Laſco, uirtute & ſapientia præſtans uir, captus cum rege Galliæ, etiam mortuus eſt, ſerpentibus in eius uentriculo innatis: cui nemo opitulari potuit.

## Contra ſerpentum ictus.

Scribit Athenæus, ſe audiuiſſe ex quo-

*dam ciue, præfecto Aegypti, mirabilem hi ſtoriã. Cum eſſent puniendi quidã ſontes, & ij adducerẽtur ad aſpides: mulier quædam dedit eis, recreandi cauſa, de pomo Citrio. Cum autem obijcerentur aſpidibus, uenenum non fuit efficax, & morſus aſpidum non nocuerunt eis. Præfectus & iudex attoniti, putauerunt eos inſontes eſſe: & iterum quæſiuerunt, num aliquid comediſſent? illi reſponderunt, ſibi datum eſſe pauxillum de pomo Citrio. Hoc audientes, poſtridie rurſus produxerũt eos ad ſupplicium, & alteri dederunt de Citrio, alteri uerò non. Quare cum iterum obijcerentur aſpidibus, ille qui comederat de Citrio, euaſit incolumis: alter uerò extinctus eſt. Tanta eſt uis huius pomi aduerſus uenenũ.*

COLL.

*Scribitur de quodam tyranno Pontico, qui ſolitus eſt ad ſe inuitare ſuos ciues, atq; ita uocatis præbere uenenum. Hoc poſtquam ſenſerunt ciues, quos inuitabat, nec tamen auderent detrectare autoritatẽ tyranni, ſumpſerunt prius pauxillũ de Citrio cõdito: ſicq; uenenũ nõ fuit efficax.*

Matri-

## Matricis doloris curatio.

*Scio honeſtiſsimam matronam, adhuc uiuentem, laborare morbo periculoſiſsimo matricis: de cuius ſalute omnes medici deſperarunt. Doctor Auguſtinus, remotis omnibus alijs remedijs, nihil aliud parauit, niſi potionem ex libanotide: quæ herba cordi ualde prodeſt. Eſt enim mirabilis uis illius herbæ, iuuandi cerebrum, matricē et cor. Hac curatione magnam ſibi laudem & autoritatem in medicina comparauit.*

## Καχεξίας curatio.

*Doctor Pontanus & ego ueniebamus in itinere ad quendam ſenem uirum, qui nos hoſpitio excipiebat, qui habebat initia hydropis, ſeu quandam καχεξίαν: & conquerebatur ſe laborare inſomnio. De illo accidente quærebamus, quod 'nā eſſet ſymptoma. Conſuluerat uerò medicum, qui ipſi dabat potiones frigidas, ad conciliandum ſomnum. ille autem querebatur, quanto magis ijs uteretur, tanto ſepeius dormire. Cogitauimus igitur, quæ eſſet cauſa morbi. Ac ſic tandem ipſi dicebam: Domine hoſpes, da nobis bonum uinum, & cœ-*

*na nobiſcum, & utere illo bono potu, nec facias exceſſum, ſed bibe pro ſiti reſtinguē-da: & confer te citò cubitum, ac cras dic mihi utrum melius dormiueris: tunc enim de alia cauſa cogitandum eſt. Ille obtēpe-rat mihi, & ſtatim poſt cœnā ſe confert cu-bitum. Manè cum interrogarem, quomo-do dormiuiſſet? reſpondit, ſe multis menſi-bus non ita commodè dormiuiſſe. Inde ratiocinabar, dicens: Tu habes frigidum uentriculum: iam uerò medicus ſuffundit frigida, augentia cruditatem. Obtempera igitur mihi, bibe ſemper bonum uinum, & ueſperi maturè te confer cubitum. Ille ob-temperauit mihi, ac rectè conualuit, leua-tionemq́; morbi ſenſit: ita ut poſtea mul-tos annos uiueret. Iuſsi uerò etiam, illum interdum uti zingibere.*

## Καρδιακή: quo morbo Marti-nus Lutherus eſt ex-tinctus.

*Doctor Martinus Lutherus, annum ante mortem ſuam, uocauit me mane circa horam ſecundam. Caſu tunc ſurrexeram. uenio ad eum, interrogans quid eſſet? O, in-quit,*

quit, habeo magnos & periculoſos cruciatus. Interrogaui, num eſſet calculus? Reſpondit: Non: eſt adhuc aliquid maius ſupra calculum. Conſiderabam arteriam, quæ erat bona. Dicebam: Cor eſt incolume, non eſt apoplecticum. At ipſe: Magnam habeo conſtrictionem circa cor, tamen non ſentio cor conſtringi, & neq; aliquid incommodi ex pulſu animaduerto. Ergo argumentabar, nihil poteſt eſſe niſi humor, in orificio uentriculi aſcendens: unde eſt tanta compreſſio. & ille morbus uocatur καρδιακή. Quæſiui igitur morbi initium. Aſcenderat (ſicut erat admodum uerecundus) cloacam, cum eſſet magnum frigus: ſimulq; ſenſit ſe frigore aſſici, & ſtatim illo morbo corripi. nam iſtud frigus mouerat humores, ut aſcenderent. Ibi ego iubebam ſtatim admoueri pannos calefactos, tergi pectus & dorſum, ac mox parari iuſculum ſeu offulam. Prohibui etiam ne biberet muſtū: muſtum enim tunc biberat. Iuſſi etiā, ut miniſter de meo uino afferret: bonum enim tunc habebam Rhenanum. Cumq; guſtaſſet iuſculum,

mox

*mox ſubſedit humor: & iubebam ut quieſceret, & illis calefactis panniculis uteretur. Poſtea, quando mortuus eſt, dicunt eum mortuum eſſe apoplecticum. At non fuit apoplexia, ſed mortuus eſt illo quo dixi morbo: quia paulo ante mortem mihi ſcripſit, ſe eo morbo rurſum tentatum eſſe.*

## Catarrhorum facilis curatio.

*Dominus Philippus temperāter uiuens, nullo alio remedio uſus eſt, niſi quòd ex pelui ſingulis diebus quibus laborabat catarrhis, ſæpenumero ex aqua lauabat manus.*

## Ophthalmiæ curatio.

*Contra dolores oculorum D. Philippus propria manu cuidam Polono hæc ſequentia ſcripſit.*

*℞. Aquarum Euphragiæ*
*Roſarum*
*Rutæ*
*an. ℥. I.*

*Miſce pro collirio.*

## Vtilitates tres inſignes Electri, quod uulgo uocant Augſtein.

1. Difficilis partus curatio.

*Habet miram efficaciam in mulieribus partu-*

*parturientibus, quæ ſunt in ſummo periculo propter fœtus editionem, quando pauxillum electri in uino contunditur, idq́; uino imbibunt, uel quando de decocto pulegij datur: tunc ſtatim ediderunt fœtus. In illis rebus eſt arcana efficacia, quæ non conſpicitur: eſtq́; res mirabilis, quando matrix adiuuatur electro uel pulegio.*

2. Calculi & ſtranguriæ curatio.

*Deinde electrum, in primis album, contuſum, ac uino coctum, uel cereuiſia, detur laborantibus calculo uel ſtranguria: tunc ſtatim meatus aperit, & materiam calculoſam diſrumpit, ac expellit.* NB.

3. Vtilitas contra apoplexiam.

*Dux Ioannes Saxoniæ, pater ducis Ioannis Friderici, optimus princeps, habebat ſecum iter faciens ſemper optimum ſuccinum. Accidit fortè in arce* Altenburg, *quòd quidam ſenex conſiliarius, in proxima menſa Principis laboraret apoplexia. idq́; animaduertens Princeps, ex lapſu ipſius, mox iuſſit adferri ſuum ſuccinum, & accendi: quo fumo ægrotans recreatus eſt adeò, ut poſt hoc tempus adhuc multos an-*

*nos ui-*

*nos uixerit: ſi non fuiſſet recreatus, ſtatim in eodem momento fuiſſet extinctus.*

## Stranguriæ & calculi alia curatio.

*Sentiens urinæ difficultates, uel ſtranguriam, aut ſi quis omnino non poteſt reddere urinam, is comedat aliquot grana iuniperi. Sic ſtatim dolorum leuationem ſentiet.*

## Simile.

*Dux Vuirtenbergenſis, in conuentu Schmalkaldenſi docuit doctorē Lutherum præſens remedium contra calculum: uidelicet, ut ſumeret recentem ollam, uſq; ad dimidium recentibus iuniperis impletam, quam poſtea compleret uino & aqua, in qua iuniperos decoqueret ad tertiæ partis conſumptionem: & de hac potione ſumeret hauſtum unum atq; alterum. Tunc enim ſecuturam doloris mitigationem, & calculi proceſsionem certò ſenſurum.*

## Aliud.

*Cygneæ quidam habens maximos calculi cruciatus, nullo alio remedio utebatur niſi lacte caprino, in quo poma cynosbati (Germanicè* heinboten, uel butten*)* *coquebat,*

*coquebat, & in locum affectum imponebat. Sicq; ſtatim proceſſit calculus.*

## Comitialis morbus an curabilis, nec ne, quomodo inquirendum.

*Vſitatiſsimum eſt in morbo comitiali, imponere ſmaragdum laborantib. eo morbo. aut enim frangitur ſmaragdus in aliquot fruſta, & tunc morbus eſt lethalis: aut manente integra gemma, ægrotus conualeſcit.*

## Pectoris doloris curatio.

*Senſi aliquando dolores pectoris maximos, quibus nihil aliud adhibui loco dolorum niſi corallia. Sic breui tẽporis ſpacio dolor pectoris deſijt.*

## Pectus quare tegendum.

*Pectus non tantum propter honeſtatem, ſed multo magis propter ualetudinis conſeruationem tegimus. Nam quando pectus nudum ita afflatur corrupto aere, accidit ut ſæpè magnorum morborum cauſa ſit.*

## Dentium doloris curatio.

*Cornu ceruinum uſtum, & uino calido*

*mixtum,*

*mixtum, ſaluat dolorem dentium. Et Doctor Laurentius Lindeman, de utilitate huius cornu ceruini hæc dixit: Cornu ceruinum fore æquandũ unicorni & rhinoceroti. Dubitatur enim, utrum rhinoceros adhuc ſit in rerum natura.*

## Melancholiæ curatio.

*Lipſiæ quidam (quem credo multis adhuc uiuentibus eſſe notum) tanta melancholia laborauit, ut crederet ſe eſſe mortuum. Is deſcendit in cellam, in qua dies noctesq́; ambulauit, dicens ſubmiſſa uoce: Sum mortuus, ſum mortuus: easq́; uoces ſub inde repetiuit. Amici uerò cognatiq́; eius deſcendentes ad eum, uolebant eum ex cella educere. Ibi ille, Quid (inquit) petitis? aut quid uultis? ego ſum mortuus. nolens cum ipſis egredi. Tandem excogitatum eſt à medicis eruditis conſilium prudens, ut conduceretur robuſtus & uorax monachus. Quo adducto, apparataq́; in cella lautiſſima cœna, monachus cellam ingreditur, aſſidensq́; menſæ, ructus edit plurimos, ſimulq́; ſtrenuè uorare incipit. Ibi melancholicus prodiens, accedit menſam, interrogat*

*rogat monachum, quis ſit? Reſpondit ille ſubmiſſa uoce: Ego ſum mortuus, Ego ſum mortuus. Subiungit melancholicus, audita hac reſponſione: Quis tu es? Reſpondit iterum monachus, Ego ſum mortuus. Ad hæc melancholicus quærit: Comedunt'ne etiam mortui? Reſpondit: Ita, ueni aſside menſæ, & mecum comede. Ita aſſedit melancholicus menſæ, & ſtrenuè comedit: eaq; facetia curatus eſt, priſtinæq; uatetudini reſtitutus.*

COLL.

*Alius quidam eodem morbo melancholico laborans, dixit ſe habere ranas in uentriculo. Ab hac ſententia cum nemo eum abducere poſſet, uenit ad eum medicus, petens ut urinã redderet: qua uiſa, medicus promittit ſe liberaturum eum, ſi modò ipſi morem gerere uellet. Iuſsit itaque medicus ſibi adferri ranas uiuas, quas uaſculo impoſuit, quod collocauit poſtea ſub ſellam, in qua neceſsitatem naturæ reddebat: ſimulq; potionem, aliquo modo uentriculum curantem, dabat. Qua ſumpta, & naturæ opere peracto, quærit Doctor: Vi-*

*diſti'ne aliquas materias ex uiſceribus tuis elapſas? Reſpondit: Non. Ibi medicus in medium protulit ollam, ex qua ranæ proſilierunt. Ad hæc ægrotus adiecit: Hactenus non potui ipſis perſuadere, me ranis uexatum fuiſſe: iam reipſa experiūtur, rem ſic ſe habuiſſe. & ita æger ſanatus eſt.*

## Hydropis curatio.

*Audiui Pirckeimerum hiſtoriam talem dicentem. Paduæ eſt conſuetudo, ut ſingulis diebus Doctores medicinæ conueniant in myropolio, & inuicem colloquantur. Ibi accedunt homines, & conſulunt medicos. Venit quodam die ruſticus hydropicus, & rogauit ut curarent ac ſanarent ipſum. Medici aſpicientes eum, reſponderunt, non poſſe curari, nec eſſe ſpem aliquam ſanitatis. Abit ruſticus plorans: et cum egrederetur ex myropolio, obuiam uenit ei alius Doctor medicus, ac interrogat eum, cur ploret? Reſpondet ruſticus: Se quidem fuiſſe apud Doctores, eosq́; conſuluiſſe: uerùm eos omnem ſibi ſalutis recuperandæ ſpem denegaſſe. At ſtatim Doctor: Scis cur tibi denegauerint?*

Illi

*illi nouerunt tuam intemperantiam, & te non obſeruare ſi quid mandent. Si mihi certò promittis, te obedientem fore meis mandatis, ego te ſanabo. Ruſticus promittit. Medicus reſpondet: Abſtineas decem dies ſaltem à potu, & melius habebis. Non enim ſiti morieris. Ruſticus diſcedit, & obedit: & elapſo octiduo, reuertitur ſanus in myropolium, indicatq́; Medico quis ſit: ac interrogat quid ulterius ipſi ſit faciendum, an adhuc diutius à potu abſtinere debeat: quia iam ſe eſſe aſſuefactum, ut facile ſitim ferre poſſit. Medicus iubet, ut non multum bibat, ſed ſingulis diebus cantharum. Tantum conſuetudo ualet.*

Simile.

*Ioachimus Kirſſer, medicinæ Doctor & Phyſicus principis Erneſti Marchionis Badenſis, ſimili ratione ignoranter ruſticum hydropicum curauit. Ruſticus conueniens medicum, petÿt ſibi dari conſiliũ, quod in hydropiſi ſequi poſsit. Cui Medicus iocoſè his uerbis reſpondit: Si in ſemeſtri ſpacio à potu abſtineres, facile curareris. Ruſticus exiſtimans hæc à Doctore ſeriò*

dicta eſſe, abſtinet per plurimas ſeptimanas à potu, ac indies meliorem ſanitatem recuperat. Elapſo quadrante anni ſpacio, rurſus alloquitur medicum ruſticus, ac totum ipſi negocium exponit. Medicus facti illius iterum recordari incipit: & ulterius ruſtico nihil aliud conſulit, niſi ut liquidiorib. cibis, ueluti iuſculis & alijs eiuſmodi utatur. ſic ille quoq; ruſticus omnino priſtinæ ſanitati reſtitutus eſt.

## Apoſtematis curatio.

*Rex Galliæ habuit apoſtema in loco egeſtionis, quod fuit curatu difficile: tandem uerò curatus eſt chirurgi aduſtione. In quo morbo tantum fuit periculi, ut Rex poſt curationem mille coronatos primùm chirurgo donauerit: & quotannis ducentos ſit largitus.*

## Febris curatio.

*Noui quendam cancellarium epiſcopi Saltzburgenſis, qui fuit meus cõterraneus. Ille Romæ incidit in febrim: & cum non poſſet ferre ſitim (ut homo Germanus) dixit ad Doctores: Date mihi ad bibendum, ego malo mori, quàm ita ſitire. Illi re deliberata,*

*berata, expreſſerunt ſuccum ex malis Granatis, qui eſt ſubacidus: & remedium eſt in febri, quia ſuauiter refrigerat. Et ſic porrexerunt illi calicem illo ſucco plenum. Ille ſtatim auidè exhauſit, dicens: Bene feciſtis, quòd me ita recreaſtis hoc potu. Ibi unus ex eis explorans pulſum arteriæ, ſenſit pulſum melius ſe habere. Deinde ipſe petijt adhuc unum calicem. Illi porrexerunt ei, & ſimul explorant arteriam, ſentientes iam mitigari morbum. Porrigunt igitur & tertium calicem, dicuntq; ſe ſperare meliora. Ita in uita hic ſeruatus, multos annos in poſterum uixit.*

## Triſtitia & mœrore animi extincti.

*Doctor Aurbachius Lipſiæ quadraginta annos practicam exercuit. is ſæpe dicebat: Ego quadraginta annos ægrotos uiſitaui: reipſa autem comperi plures homines mœſticia & dolore animi mori, quàm uiolenta morte.*

*Audiui de quodam magni nominis Principe, cui mortuo cor eſt exectum, & inuentum in modum toſti pyri,* **wie ein**

 **dürre**

dürre bieren. *Ita emarcuit uis eiuſdem cordis, præ nimia mœſticia, & magno animi dolore, qualeſcunq; illi fuerunt.*

*Eſt narratio de alio præſtanti principe, qui magnas res adhuc noſtro tempore geſſit: illum etiam in ſenecta mortuum eſſe dicitur, præ nimia triſtitia, p ropterea quod putauerat, fratrem ſuũ minorem, in quem multiplicia beneficia contulerat, ipſum è regno expulſurum eſſe.*

## Boni uini notæ.

*Bonum uinum eſt, quod primò bene ſapit, ſecundò melius, tertio adhuc melius-* das einẽ am erſten wol ſchmeckt/ vnd zum anderen mall beſſer / zum dritten mall noch beſſer. *Ratio eſt, quia ſitis primùm impedit iudicium: poſtquàm uerò deferbuit ſitis, lingua acutius iudicat: quod ſi quis nimium biberit, tunc omne perit iudicium.*

## Vina optima unde cognoſcenda.

*Vinum quo eſt plenius, eo eſt halituoſius, & Rhenana uina omnium maximè ſunt tolerabilia, & magis aeria quàm*

*Auſtriaca.*

*Auſtriaca. Ideo noſter Cæſar Carolus V. plerunq; bibit Rhenana uina: quia minus offendunt caput, & alia membra. Ad Rhenum non ſunt tam multi podagrici homines, ſicut in Franconia, ubi multum bibunt uini, ex quo terreſtri uino homines plerunq; podagrici fiunt.*

## Varij ſales.

### COLL.

*Quum Callimachus, præceptor Sigiſmundi Regis Poloniæ, & ſcriptor hiſtoriæ de clade Varnenſi, ægrotaret morbo periculoſo, ita ut nulla ſpes uitæ ſupereſſet, omnes ſerui & ancillæ, ſecum quæcunq; potuerunt, clam aſportarunt. Id cum uidiſſet ſimia, puluinar domini ſub capite ſtratum arripuit, illudq; ſub pedibus occultauit, & ad domunculã properare cœpit, inq; eam introducere ui puluinar conata eſt. Hoc ſpectaculo Callimachus ita exhilaratus eſt, ut rurſus conualeſceret.*

*Anno 1548. cum Imperator Carolus V. laboraret ſuo uſitato morbo articulari, creſcentibus doloribus, acceſſit ad eum Ele-*

ctor Marchio Ioachimus, & adhortatur ut ipſe adhibeat remedia, & medicos, qui ſuæ Ceſareæ Maieſtati optimè conſulerent, cum tales habere poſſet. Ibi Imperator reſpondit: O`, patientia eſt optimum remedium, & in magnis doloribus aliquantulum uociferari: **gedult / vnd ein wenig ſchreien.**

COLL.

Quidam bellator fortis & ſtrenuus, tempore ducis Friderici, Vuitenbergæ ægrotabat, & mei præceptoris doctoris Medicinæ opera utebatur. Ad quem cumueniſſemus, ſurrexit, & induit thoracem cum lorica & gladio. Quæſiuimus ex eo, quid his ſibi uellet? Reſpondit, ſe iter ſuſcepiſſe in ueterem Marchiam: at reuocatum eſſe ex itinere, eo quòd audiuiſſet Turcas aduentare, quibus ſe obuiam iturum affirmabat. ſed paulò pòſt moriebatur. Hæc à quodam Doctore recitari audiuimus.

COLL.

Ante 35 annos fuit Vuitenbergæ operarius peſte laborans, qui ſic erat conſopitus,

tus, ut mortuus eſſe exiſtimaretur. Venit uerò pollinctor, afferens pheretrum. itaq; tumultuatur (ſicut eſt illud genus hominum clamoſum, moræq; etiam impatiens) iacens in deliquio animæ excitatur: ibiq; uidet ac audit clamorem eorum qui circa pheretrum erant, ac territus aufugit. Pollinctor inſequens illũ, reuocat: ſed quo magis clamat, eo celerius ipſe currit: donec in ſuburbio exceptus, ac ſtragula tectus, multum ſudaret. ſicq; euaſit.

## De ſomno & quiete.

Noui iuuenem Magiſtrum, pulchro corpore, Tubingæ, egreſſum ex balneis, ac poſt cœnam mecum & alijs quibuſdam bonis adoleſcentibus extra portam expaciatum: & haſtam alijs duobus tenentibus tranſilijſſe adeò, ut uena pulmonis ipſi rumperetur. Ex qua ruptura & fluxione ſanguinis intra triduum eſt mortuus. Idq; ideò dico, ut adoleſcentes ſuis iuuenilibus & tenerrimis corporibus parcant, & corporum fragilitatem agnoſcant, debitamq; quietem eis tribuant.

## Veteres uerſiculi, indicantes quæ tempora negocijs, & quæ quieti tribuenda ſint.

*Sex horæ tantũ rebus tribuantur agendis:*
*Viuere poſt illas litera Zita monet.*

*Matutinum tempus eſt ualde idoneum ad res agendas illis, qui ordine uiuunt. Quãdo in priore uerſiculo dicitur, Sex horæ tãtum rebus tribuantur agendis: loquitur de horis inæqualibus, quæ in æſtate ſunt longiores quàm in hyeme. Primam uerò horam ab aurora ſeu oriente ſole inchoauerunt. Quemlibet enim diem, ſiue æſtiuum ſiue hyemalem, in duodecim horas diſtribuerunt. inde euenit, quòd æſtiuo tempore, ſiue circa horam ſecundam aut tertiam, comederint. Sumpto cibo, reliquum tempus, quod ſuperfuerat, tribuerunt deambulationibus, ac alijs iucundis colloquijs. Poſtea cubitum ſe contulerunt. Literæ apud Græcos denotant numeros, & Z ſeptenarium deſignat. Quare ueteres his uerſiculis ſignificarunt, peractis uocationis laboribus, liberius uiuendum eſſe, & aliquid temporis corpori & ualetudini reficiendæ tribuendum.*

Eſt

*Eſt res omnium pernicioſiſsima, omnis lucubratio, etiam ſobria: eoq; magis ingurgitantium ſeſe, & potiones infundentium. Quare fugite omnes lucubrationes ueſpertinas, etiam ſtudiorum. ſunt enim (ut ſæpe dixi, & dico) lucubrationes corporibus pernicioſiſsimæ. Natura eſt compoſita principio noctis ad quietem, eamq; appetit, quæ ipſi eſt concedenda. Non concedens naturæ debitam quietem, fit homicida ſui corporis. Mane autem, ſole oriente, cum reliquis diurnis ſideribus noſtra corpora rurſus concipiunt ſpiritus & calorem uiuificum: quo etiam tempore omnia membra ſunt magis idonea ad omnes labores ſuſtinendos. Ego multos periculoſos morbos & miſerias huius corpuſculi mei uito, hac unica ratione, quòd ſemper utor illa diligētia citò eundi cubitum. Experiemini hanc rationem, & fatebimini, uobis eſſe ſaluberrimam.*

*Quando mundus claudit ſuum oculum (quod fit ſole occidente) tunc etiam nos debemus noſtros oculos claudere, ſeu dormire: rurſus aperiente ſe mundi oculo, no-*

*ſtros*

*ſtros etiam oculos aperiamus: id eſt, mane ſurgamus. Illud uerò eſt naturæ conuenientiſſimum.*

# DE SOMNIIS.

## DVAE QVAESTIONES de ſomnijs D. Martini Lutheri, ad quas adiectæ ſunt reſponſiones D. Philippi Melanthonis.

### Prima quæſtio.

*LEuitici 15 capite, Deus prohibet obſeruare ſomnia, & iubet ſomniorum interpretes occidi. Quomodo igitur ſomnia obſeruari poſſunt?*

### Reſponſio D. Philippi.

*DVplicia ſunt ſomnia. Primum eſt naturale, quod non tantum hominibus, ſed etiam pleriſq; animantibus conuenit. Somniant & reliqua animantia, ut bos, equus: & hoc ſomnium eſt imperfectum, nec habet ullam certam demonſtrationem, ſed ſunt confuſiſſimæ apparitiones: quas etſi conijcere poſſumus, tamen pro*

pro ueritate aſſeuerare non debemus: nec talia ſomnia curanda ſunt. Quoniam ſi qui ſomnÿs decipiantur, & credant uera eſſe quæ ſomniant, id eis plerunq; permittente Deo propter incredulitatem euenit, quod timuerunt. Somnia igitur naturalia poſſunt aliquo modo obſeruari, ſi non addatur opinio aut euentus neceſsitatis, uel ſuperſtitionis. Secundum genus eſt diuinum, in quo nulla eſt confuſio: imò in tali ſomnio eſt certiſsima demonſtratio ac reuelatio Dei, conſentiens cum ipſius uerbo, ex qua reuelatione homo dicere poteſt quid futurum ſit. Sed quia diabolus aliquando ſe transformat in Angelum lucis, ideo probandi ſunt ſpiritus. Angelus enim bonus ex iuſſu Dei reuelat bona, quæ citra controuerſiam ſunt uera, ut de ÿs dubitari non poſsit: Sathan uerò ſub prætextu boni parat malum. Igitur reuelationes factæ per Angelos malos ſunt fictæ, diuagantes ſine certis demonſtrationibus: quæ Chriſtiano refutandæ ſunt, tantum abſit ut eis credat.

SECVN-

## SECVNDA QVAESTIO.

## Quare Ioſeph & Daniel iuxta mandatum Dei propter ſomnia non ſunt occiſi?

RESPONSIO D. PHILIPPI.

*Somniorum interpretes, ſcioli & exquiſitores ſomniorum, occidebantur ex mandato Dei: quia contempto Deo, ſomnia tantum curabant, & illis plus fidei attribuebant quàm ipſi Deo: ad quos ſciolos in omni anguſtia populus confugiebat. Propter illam impietatem maximam iuſsit Deus eos è medio tolli. Cæterũ Ioſepho & Danieli non per incantationes ſomnia apparuerunt: ſed certa demonſtratione, & diuina ordinatione. Habuerunt enim ſpiritum, reuelantem ipſis ſomnia.*

*Somnia quæ fiunt circa auroram, uera eſſe creduntur. Cuius rei ſanè Philoſophicæ cauſæ reddi poſſunt. Alia ingenia ſunt magis præſaga alijs: item quidam homines publica, quidam priuata facta præſagiunt.*

*Nouimus quendam miniſtrum Eccleſiæ, Paulum Knot, qui fortè in lectione Doctoris Martini Lutheri obdormiuit, ibiq; ſomniauit*

ſomniauit bellum inter duos principes eſſe ortum, ac in ipſo aggreſſu unum ex illis duobus de equo tractum & interfectum eſſe. Accidit uerò, ut poſt biennium duo præſtantes principes bellum ſibi inuicem indicerent, ubi alter in ipſo belli apparatu moriebatur. Etſi uerò ille, cum ea ſomniaret, quidq́; ſecuturum eſſet ignoraret: tamen euentus poſtea ſomno illius reſpondit.

Anno 1542, pridie eius diei quo filia Doctoris Martini Magdalena moreretur, uidit mater, doctoris Martini coniunx, in ſomnis duos adoleſcentes pulcherrimè ornatos, ducturos filiam ſuam ad conuiuium nuptiale. Mane cum accederem matrem, interrogaturus de filiæ ſuæ ualetudine, narrauit mihi ſomnium quod habuerat præcedente nocte. Ego expaueſcens, nihil dicebam: ſed hoc ipſum ſuſpicabar, quod Angeli cœleſtes ducturi eſſent filiam ipſius ad cœleſte conuiuium, ſicut eo die accidit.

Interrogaui honeſtum uirum, Capitaneum in ualle Ioachimica, cuius duo filij erant abducti à Turcis in bello, an etiam in ſomnis eos uideret? Reſpondit, ſe minorem

ſæpè

ſæpè uidiſſe, maiorem nunquam. Dixi ei: Videbis illum adhuc uiuere. & paulò pòſt ille eſt reuerſus.

Coniunx ualde boni uiri, Domini magiſtri Andreæ paſtoris Ihenenſis, habuit ſomniũ eo tempore, quo Imperator Carolus V. in ſuam poteſtatem Vuitenbergam redigebat. Vidit enim iridem ſupra hoc oppidum Vuitenbergam, et Chriſtum aſtantẽ & manu iridem tenentem. Hoc ſignificauit procul dubio, quòd Deus uoluerit nos caſtigare, qui tamen ſua manu eam caſtigationem rexit: Quia magnum miraculum & Dei beneficium fuit, Imperatore uſque adeò iritato, & iritatis ſuorum animis, ipſum, cum iam eſſet uictor, ita ex his regionibus diſcedere. Ita Deus in medijs periculis pro ſua clementia adeſt, ac euentus nobis tolerabiles largitur.

Cum mortuus eſſet Can cellarius ducis Saxoniæ Electoris, pater Chriſtiani Beirs, delatum eſt illud munus Cancellarij ad uirum clariſſimum Doctorem Pleicard. Is, ut erat prudens, cùm diu ſecum deliberaret, recipere ne an recuſare tantum onus

uellet,

uellet; tandem ſomniauit, ſe ſedere in quodam aulæ conclaui, & plurimos ſerpentes dextrum ſuum pedem inuadere. Excitatus igitur à ſomno, denegauit aulicis ſuam operam, in iſto munere obeundo.

Laboraui ante annos aliquot fluxu ſatis periculoſo in dextro oculo, ac uſus ſum multiplicibus medicamentis: & tamen nihil me proficere ſenſi. Somniabã uerò, me conſulere Doctorem Philonem Medicum, qui iubebat me uti euphraſia: qua uſus, ſtatim intra biduum ſum curatus.

Cum eſſemus in conuentu quodam, & nobiſcum unà reuerendus uir doctor Ionas, ibi accepi literas, quibus mihi ſignificabatur, Doctoris Ionæ filiam grandiorem natu eſſe mortuam. ſimulq; uetabatur ne citò illi hoc indicarem, ne territus in morbum aliquem incideret. Ego itaq;, cum poſt prandium ad menſam ſederemus læti, interrogaui: Domine Doctor, quale hodie habuiſti ſomnium? Ille reſpondit: Dicam tibi liberè. Viſus ſum mihi domum redire ad meos liberos, ibiq; ab omnibus porrecta manu ſalutari, præterquam à filia

maxima natu, quam deinde ci rcumſpiciẽs nuſquam comperi. Ad hæc ego reſpondi: Verum eſt, D. Doctor, ſomnium tuum: maior filia tua non niſi in futura uita te excipiet, quia mortua eſt. Quo audito, intrauit cubiculum, & ſatis lachrimarum effundebat. Poſtea rediens dixit: Domine Philippe, habeo tibi gratias pro conſolatione. ac deinceps animo hilariori erat præditus.

Dormienti cuidam duo nobiles in ſomno apparuerunt, quos uiuos agnouit, cum iampridem eſſent mortui. Illi eum excitabant, ac promittebant nullũ periculũ ipſi fore ſi ſurgeret. Quo facto, iuſſus eſt ſcribere literas, ex eorum ore dictatas. Deinde mandauerunt ut potenti cuidam offerret, & ita euanuerunt: quas poſtea potenti illi obtulit.

Narratur hiſtoria de Aſpaſia, quòd laborauerit ſcabie in facie, cum tamen fuerit eo tempore omnium uirginum pulcherrima: quam ſcabiem in facie nullus medicorũ curare potuit. Tandẽ ipſa ſomniat, ſe debere ſumere roſas ex Veneris capite, eaſq; aqua conſperſas ſuæ maculæ imponere. Id

cum

cùm feciſſet, rurſus conualuit.

Alexãdro in ſomnis apparuit ſpecies põtificis Iudaici, hortãtis eũ, ut ſuſciperet expeditionẽ contra Aſiam. Fuit angelus quiſpiam, qui fuit ei excitator ut id faceret. Cum uenit Hieroſolymam, deſilijt de equo, & præſtitit reuerentiam ſummo ſacerdoti eunti ſibi obuiam. Omnes duces mirabantur, quare hoc faceret? Iſta ſpecies, inquit, quam nũc uideo, apparuit mihi in ſomnis, & me adhuc in patria morantem ad has expeditiones uocauit, dicens, ſe mihi fore uictorem.

Commemorat Ioãnes Keiſersberg, Theologus quondam Argentinenſis, de quadam uenefica, quæ concionatorem, tales ludos Diaboli reprehendere, & ſomnia dicere ſolitum, domum ſuam duxerat, probatura ei non eſſe ſomnia. Eam igitur, cum lintre piſtorio ſe collocaſſet, obdormiuiſſe: ac deinceps geſticulatam manibus, capite & toto corpore, tanquam uolaret & ſaltaret: quoad tandem lintre euerſo, caderet in pauimentum. ac non ſine uulnere excitatam, narraſſe mirabilia quæ uidiſſet, & geſſiſſet

*interea: ſed conuictam eſſe tandem uulnere, quòd ſemper fuiſſet præſens.*

*Eiuſdem farinæ ſunt, qui in locis ſeptẽtrionalibus ſunt frequentes, qui uidetur ſibi in lupos mutari, ac dilaniare paſſim pecora, duci à ſuo quodam principe ad horrea, ablatum inde frumentum: ſed illuſi, nihil reportant. Confeſſus cuidam fide digno uiro, Rigæ in Liuonia, Lycanthropus eſt, ſe clauſo carcere, in quo coërcebatur, ipſo die Paſchatis eſſe profectum ad ſuos, uxorem & liberos uiſendi cauſa, per multa milliaria. Quærenti, Quomodo euaſiſti è carcere? reſpondebat: Facile. Sed magna flumina erant tibi traijcienda. At ille: Tranſuolaui flumina. Quid dicebas tuis? Quid dicerem? circumibam protento roſtro, ut lupus, olfactu uiſuq́; explorans quid rerum gererent. Quare reuerſus es in carcerem, ſemel elapſus? Tum ille: Redire neceſſe erat. Quis non intelligit hæc eſſe ludibria & ſomnia diabolica, quibus ſatan illum uirum excæcauit?*

*Alexãder obſedit Tyrum ſex menſibus, & magnis adhibitis machinis, tandem ex pugnauit*

*pugnauit eam. Semel ſopitus interdiu, habuit ſomnium, in quo uidit Satyrum ante ſe ludentem: quem cum uellet præhendere, diu non potuit: ſed tandem tamen præhendit. Ariſtander uerò eius uates, ab ipſo interrogatus quid eſſet? dixit ridens, Sa Tyrus: id eſt, tua eſt Tyrus.*

DE SOBRIETATE.

*Auguſtinus in libro Confeßionum ſcribit de ſua matre, hanc in prima ætate mira diligentia ad ſobrietatem à nutrice aſſuefactam eſſe. Neq; enim licuit ei uinum aut aquam, niſi in iuſta cœna aut prandio, bibere. Nutrix interrogata, quo conſilio etiam puellis aquæ potu interdiceret? reſpõdit: Niſi ea ætate ſitim perferre diſcant, poſtea matronas factas, cum copia uini ſit, ſimili intemperantia uino ſe ingurgitare, qua nunc aquam bibunt.* ταμεῖον γὰρ ἐστ᾽ ἀρετῆς σωφροσύνη βροτοῖς: *Id eſt, Virtutis enim eſt humanæ ſobrietas penus.*

*Xenophon ſcribit, Socratem intemperantes in cibo & potu monuiſſe, ut cauerent ne uiſcerentur ijs dapibus, ne'ue potu eo uterentur, unde lenocinijs dulcedinis*

prouocatis, appetentia edendi bibendiq́; creſcere poſſet. ὡς ἡδὺ πᾶν τὸ μέτριον, οὐδὲ ὑπερβαῖνον: id eſt, Quàm ſuaue eſt omne moderatum, & non ſuperfluum ſeu ſuperabundans.

Attendite, inquit Chriſtus, ne grauētur corda ueſtra crapula & ebrietate, et curis huius uitæ. Significat, hoc poſtremo tēpore futurā barbariem multo maiorem, quàm antea fuit, etiam noſtra memoria. Sæpe cogito, quomodo uixerit illa familia Heydelbergæ, ubi etiam comites & nobiles unà cibum capiebant. putabatur tunc eſſe lautiſsima menſa, in qua ego etiam eram: ſed tamen erat maior frugalitas, quàm nūc eſt. Memini Capnionem, diuitem uirum, non pluribus quàm duobus ferculis in prandio uti: ueſperi uerò, unico erat contentus. Solebam illi adducere ſcholaſticos, meos commilitones: quia delectabatur iuuenum conſuetudine. Doctiores mecum ibant propter bibliothecam: habebamus enim pulcherrimam bibliothecam, ubi uidebamus ueterum monumenta. Viſa ad libitum bibliotheca, poſtea hortum accedentes,

dentes, luſu aliquo nos recreabamus. Sic igitur ſemper ipſe erat contentus duobus ferculis, aut ad ſummumtribus in prandio: & ueſperi unico. Ipſe bibebat loram: nobis non permittebat bibere eam, ſed dabat nobis uinum.

Nos adoleſcentuli omnes eramus cōtēti tota ſeptimana duobus cantharis uini, ita ut quiſq; in prandio haberet octauam partem menſuræ, tantundem in cœna. Sic ego uixi, & multi alij: & tamen fortaſsis non minus pulchri ſumus, quàm illi qui totum cantharum uno haſtu ingurgitant. Si eſſem in illis locis, adhuc ita uiuerem.

Poſt pugnam Ducis Saxoniæ Electoris Ioannis Friderici, factam ad Mulberg, in qua multi nobiles ſunt capti, dixit mihi quidam, qui tres dies ieiunauerat, quibus nihil comederat neq; biberat, ſe tunc tam bene diſpoſitum fuiſſe, quàm nunquam antea fuerat in tota ſua uita: quia nunquam fuerat ſobrius per multos annos. Corpus uerò alioqui non ægrotum, multo melius facit omnia officia, & multo rectius etiam dormit, quando non adeſt cruditas:

ut nobis omnibus ſatis bene conſtat.

Spartæ fuit conſuetudo, ut fungentes officio magiſtratus, per id tempus à uino abſtinerent. Exiſtimo etiam inde uenire illud, quòd Turcici Imperatores non bibunt uinum.

## DE INTEMPERANTIA & ebrietate.

Plato in epiſtola quadam ad Dionis propinquos, de ſua in Siciliam peregrinatione ſic ſcribit: Vita illa beata, quæ ferebatur plena Italicarum Syracuſanarumq́ue menſarum, nullo modo mihi placuit, bis in die ſaturum fieri, neq; unquam pernoctare ſolum: cæteraq́;, quæ comitantur hanc uitam, in qua ſapiens nemo efficitur unquã, moderatus uerò multo minus.

Pittacus Mitylenæus tulit legem, ut ſi quis per temulentiam aliquid ſceleris commiſiſſet, duplo grauiore pœna plecteretur: quòd cauſa ipſa, quæ eum ad peccatum impuliſſet, grauius etiam peccatum eſſet.

In conuentu Ratisbonenſi, cum uinum ualde bonum creſceret, & multi Germani ex longioribus compotationibus eo anno

*morerentur, ueniebant quidam ad Imperatorem Carolum V. petentes ut legem ſanciret contra compotatores. Reſpondit ijs Cæſar: Quid faciam? Tantum efficiam apud Germanos, prohibendo ebrietatem, quantum ſi Hiſpanis prohiberem furta.*

*Venerant huc ex Torga duo principes laudatiſsimi, Dux Erneſtus Luneburgenſis, & Henricus Megalopolenſis. Erneſtus dicebat: Domine Doctor, uolumus omnes eſſe Chriſtiani, ſed non poſſumus deponere illud uitium helluationis. Doctor Martinus reſpondit:* **Darzů ſolten die herren thůn.** *Voluit dicere, Principes deberent curare, ut tolleretur iſtud uitium. Aſsidens ei dux Henricus, inquit: Hoc facimus Domine Doctor,* **denn weñ wir herrē nicht darzů thetten / ſo wer es lengeſt abgangen.**

Gregorij Nazianzeni contra ebrietatem uerſus, quem omnes Iuuenes ſcire debent.

Οἶνος παρθενικῶν δὲ χόλου πλέον ἐστὶν ὄνειδος, *non rectè exponitur ſic: Ebrietas eſt magis dedecus quàm ira. non enim eſt com-*

paratio ebrietatis & iræ. Sed dicitur de ira alterius. ut ſentẽtia ſit: Maius dedecus eſt, quàm cui alij ſatis iraſci poſsint. Iuuenalis inquit: Quid enim Venus ebria curat?

COLL.

## Species ebrietatis.

Bis ſex, credatis, ſunt ſpecies ebrietatis:
In multis primus ſapiens eſt, alter opimus.
Ternus grande uorat, quartus ſua crimina plorat.
Quintus luxuriat, ſextus per numina iurat.
Septimus contendit, octauus ſingula uendit.
Nonus nil celat, quod habet ſub corde reuelat.
Somnum denus amat, uomitumq; facit duodenus.

In Salinis Doctor quidam medicinæ minimè curabat temperãtiam, quæ præcipua eſt medica uirtus: ipſe (inquam) & alius quidam Iuris prudentiæ Doctor, unà fortè ad compotandum ſedebant. Cum autem diu potaſſent, ſicut Doctor Iuris prudẽtiæ plurimum potare aſſueuerat (bona laus ſcilicet Doctoris) medicus procidit in mẽſam. Cum autem Iuriſconſultus putaret eum dormire, ideoq; excitare uellet: ibi primùm animaduertit ipſum eſſe extinctum. Hæc ſanè egregia ſunt et doctoralia certamina:

Iſt

Iſt ſchad / daß nit Theologi ſein geweſen. *Fuit uerò unus Iuriſconſultus, alter medicus.*

*Conceßi ſunt bibentibus tres hauſtus: quorum primus eſt reſtinguendæ ſitis cauſa: ſecundus, ſomni & ſalubritatis: tertius, hilaritatis cauſa (hic per hilaritatem non intelligo ebrietatem, quia non debes bibere ut fias ebrius) poſtea quartus eſt furoris & ebrietatis, ab hoc planè abſtinendum eſt. De hac enim re multa ueterum dicta extant, ſicut & hoc eſt:*

Sint tempeſtiuæ cœnæ, lætæq́;, breuesq́;. *Vos aūt econtrà hanc ſententiam inuertentes, totas noctes potatis. Inſuper etiā nihil boni bibitis, læditis ueſtra corpora. potus debet uitæ, ſomno et ſalubritati prodeſſe. Debet etiam exhilarare, præſertim nos ſeniores: oportet & ſomni cauſa, etiam cum non ſitimus, aliquando pitiſſare, ut facilius obrepat ſomnus, aut retineri ſomnus poßit. Hoc uerò eſt bibere ſalubritatis cauſa. Poſtea additur hauſtus hilaritatis cauſa, ſi quis bono adſit amico: tunc demum enim conceditur. Sicut nuper dicebam ad Stige-*

lium

*lium Lipſiæ: Poeticum hauſtum eſſe, de bo no corde bonum uinum mediocriter bibe re. In loco igitur paulo hilarius bibere, dummodo mediocritatem non excedat, non eſt turpe, aut illicitum. Quia Deus uult haberi honorem corpori. Sic omnia procedunt ex hoc principio,* HABETE *honorem corpori: id eſt, non perdite cor pora uel nimium abſtinendo, uel ingurgi tando immodico cibo aut potu. Vtrumq; membrum curandum eſt: honos eſt haben dus corpori, ut ſit organum Dei, uitando utrumq; extremum, ne uel ſuperfluitate uel immani abſtinentia lædatur. Ex hoc prin cipio procedunt hæ uirtutes: temperantia, ſobrietas, & id genus reliquæ.*

*Bibitur aliquãdo plus cereuiſiæ quàm ui ni, quia eſt tenuis. Quanquã credo noſtros Germanos ueteres fuiſſe robuſtiſsimos homines, & habuiſſe ualde bonam cereui ſiam, quæ fuit ſaluberrima, auxit ſangui nem, eumq; optimum generauit. Bonus & ſalubris potus eſt cereuiſia rectè cocta, ſi cut olim habuimus ante 30 annos. Iam corpora corrumpuntur, quia potus eſt de terior,*

terior, res profectò deploratione digna. Magiſtratus exugunt non tantùm marſupia, ſed etiam robur & ſanguinem ſubditorum. nam hæ ſubditorum exactiones efficiunt, ut non poſsit amplius bona cereuiſia coqui. Non dico maledicendi cauſa, ſed deploro tantum illas communes & publicas calamitates. Mihi non minus quàm alijs æquo animo ferendum eſt, publica cũ ſit calamitas. Ruunt enim regimina in deterius: quod deploremus.

Lantgrauius in conuentu quodam manè uenit ad Doctorem Pontanum, & dixit: Domine Doctor Pontane, præbe mihi manum tuam. Pontanus reſpondit: Quid? Vis'ne me capere? Lantgrauius: Non uolo, inquit, ſed uolo tibi aliquid promittere. Ibi cum porrexiſſet ei manum, dixit: Promitto tibi, quòd non uelim ita poſthac potare ueſperi. Nam inter potandum multa liberius dicimus, quorum nos poſtea pœnitet.

Pariſijs, quando purpura præparatur, tunc artifices inuitant Germanicos milites & ſtudioſos, qui libenter bibunt: &

*eis præbent largiter optimum uinum̄, ea conditione, ut poſtea urinam reddant in illam lanam. Sic enim audiui à ſtudioſo Pariſienſi.*

COLL.

*Comes de Shuuarzenburg propinās alicui Domino bonum hauſtum, dixit:* **Es gilt ein Lutheriſchen drunckh.** *Ille non ſatis dictum aſſequens, quærit de illo hauſto. ibi Comes dixit:* **Die Lutheriſchen ſehen auf den grundt.** *ſic ego totum poculum exhauriam,* **biß ich den grundt lehr ſehen khan.**

*Ante annos aliquot creſcebat ualde bonum uinum, anno uidelicet 40. quia erant magni æſtus. Computabantur eo anno in ducatu Vuirtēbergenſi à conſiliarijs Ducis 400 homines, & amplius, qui erant interfecti in conuiuijs ab autumno uſq; ad primam Dominicam quadrageſimæ.*

*Hiſpanus quidam, cum Imperator Carolus V. bellum inferret Germaniæ, dixit: Nihil aget uobiſcum de religione, quia ſcit uos eſſe ebrios. Vult igitur prius uos ſobrios facere: id eſt, caſtigare: & poſtea aget de religione.* *Pardi*

*Pardi & pardales non capiuntur niſi inebriati uino, quod olfacientes ueniunt (in illis enim locis ponuntur cymbæ plenæ uino) & auidè hauriunt, poſteaq; concumbunt: & ita ſopiti uino & Venere, capiuntur. Sobrij uerò non capiuntur: quia tanta ſunt celeritate, ut omnia tela poßint excutere. In prophetia Danielis, Macedonici reges comparantur pardali. Talis enim fuit Alexander. Magnus, & pater eius Philippus, & alij acerrimi uiri, qui ſe tandem uoluptatibus dediderunt.*

# MEDICAMENTORVM OMNIVM, QVAE

nostro tempore ad publica munia, & in communi practicantiũ ſunt uſu, atq; in officinis extant, Tabulæ breuißimæ: ex antiquorum Medicorũ præſcripto, cùm ijs qui Medicum opus factitant, tum Pharmacopœis uel maximè utiles ac neceſſariæ.

# DE SYRVPIS, VNVMQVEMlibet humorem concoquentibus, Tabula prima.

- Præparant
  - Pituitã,
    - Clementiora,
      - Mel roſ.
      - Oxymel S.
      - Oxymel comp.
      - Sy.acetoſus.
    - Valẽtiora
      - De duab. radicib.
      - De quinque rad.
      - Oxymeli ſcyllit.
      - Sy.de ſtœc.
    - Aquæ
      - Fœniculi
      - Apij
      - Abſynthij
      - Saluiæ
      - Nepetæ
      - Aſparagi
      - Menthæ
      - Petroſelini
      - Decoc.rubeæ
  - Bilẽ flauã,
    - Clementiora,
      - Syrup.uiolaceus
      - roſ.ex infuſione
      - de ſucco roſ.
      - de endiuia
      - de cichorio S.
      - de cicho. cũ rhab.
      - de ſuc.acetoſ.
      - de agreſta
      - de Nymphæa.
    - Aquæ
      - Violarum
      - Endiuiæ
      - Acetoſæ
      - Cuſcutæ
      - Lactucæ
      - Portulacæ
      - Nymphææ
      - Cichorij
      - Plantagi.
      - Solani.
    - Valẽtiora
      - Oxyſaccharum.
      - Syr.de granatis
      - de limonibus
      - de acetoſitate citri
      - Rob.de ribes.

Bilem

- Bilē atrā
  - Clementiora,
    - Mel roſ.
    - Sy. de lupulis
    - Sy. de fumaria
    - Sy. de byſantijs
    - Oxymel S.
    - Oxymel cōpoſ.
    - Sy. de bugloſſa.
  - Valentiora,
    - Sy. de thymo
    - Sy. de epithymo
    - Sy. de pomis
    - Sy. de calamento
    - Sy. de ſcolopendria.

- Aquæ
  - Meliſſæ
  - Baſiliconis
  - Lupulorum
  - Fumariæ
  - Abſynthij
  - Boraginis
  - Bugloſſæ
  - Scolopendriæ
  - Maioranæ
  - Florum ſambuci
  - Florum geniſtæ.

SYrupos hodie practici aquis diſtillatis cōmiſcere ſolent, & ita potandos præbent, obſeruantq́; ut ſit dupla aquarum menſura ad unam ſyruporum. Syruporum autem & aquarum mixtionis quantitas non tranſcendere debet unc. iiij. Exhibentur uerò omnes Syrupi magna ex parte ſummo mane: interdum etiam ueſperi, circa ingreſſum lecti, illi potiſsimùm, qui ſomni conciliandi gratia ſumuntur.

# DE SYRVPIS ET AQVIS cuilibet membro appropriatis, Tab. II.

Syrupi concoquentes pituitam in

| | | |
|---|---|---|
| Capite, | Mel roſ.<br>Sy. de ſtœchad. | Aquæ: Saluiæ, Betonicæ, Maioranæ, Roriſmarini |
| Thorace, | Mel uiol.<br>Sy. de hyſſopo<br>Sy. de praßio<br>Sy. de calamento. | Aquæ: Scabioſæ, Capilli Ven., Hyſſopi, Saluiæ, Enulæ cãpa. |
| Ventriculo, | Mel roſ.<br>Sy. de mentha<br>Sy. de abſynthio. | Aquæ: Menthæ, Abſynthij, Meliſſæ, Fœniculi. |
| Iecore, | Sy. de abſynthio<br>Sy. de eupatorio<br>Oxymel S.<br>Oxymel compoſ. | Aquæ: Cuſcutæ, Cichorij, Abſynthij, Apij, Eupatorij. |
| Liene, | Sy. de eupatorio<br>Sy. de thymo<br>Sy. de calamento<br>Oxymel S. & cõpoſ. | Aquæ: Cuſcutæ, Geniſtæ, Scolopend., Calamenti, Bugloſſæ. |

- Renibus,
  - Sy. de duabus radic.
  - Oxymel compoſ.
  - Oxymel S.
  - Aquæ
    - Aſparagi
    - Saxifragiæ,
    - Fœniculi.
- Vtero,
  - Sy. de arthemiſia
  - Sy. de rubea tinctorum
  - Oxymel S. & cōpoſ.
  - Aquæ
    - Arthemiſiæ
    - Matricariæ
    - Meliſſæ
    - Nepetæ
    - Fœniculi.

Concoquentes bilē flauam in

- Capite,
  - De nymphæá
  - De papauere.
  - Aquæ
    - Lactucæ
    - Plantag.
    - Nenuphar.
- Thorace,
  - Sy. uiol.
  - De iuiubis
  - De liquiricia.
  - Iulep. uiol.
  - De papau.
  - Aquæ
    - Hordei
    - Viol.
    - Capill. Vē.
- Vētriculo;
  - Acetoſæ
  - Sy. myrtillorum
  - De cidonijs
  - De agreſta
  - De ſucco acetoſæ.
  - Aquæ
    - Lactucæ
    - Cichorij
    - Acetoſæ
    - Plantag.
    - Roſ.

- *Iecore,*
  - Sy.de ſucco endiuiæ
  - De cichorio cũ rhab.
  - Accetoſ. S.
  - De byſantijs.
  - Aquæ
    - Endiuiæ
    - Acetoſæ
    - Cichorij
    - Portulacæ.
- *Liene,*
  - Viol.
  - Acetoſ.S.
  - Sy.de duabus rad.
  - Aquæ
    - Endiuiæ
    - Bugloſſæ
    - Boragin.
    - Scolopend.
- *Renibus,*
  - Sy.acetoſ.S.
  - Acetoſ.compo.
  - Endi.
  - Violarum.
  - Aquæ
    - Eudiuiæ
    - Maluæ
    - Sem.cõm.frig.
    - Solani.

Atrã bilẽ in

- *Capite,*
  - D.Lupulis
  - D.fumo terræ
  - De pomis
  - Oxymel.
- *Ventriculo, Hepate et Liene*
  - Mel roſ.
  - De thymo
  - De epithymo
  - Oxymel.
- Aquæ
  - Meliſſæ
  - Baſiliconis
  - Fumariæ
  - Boragin.
  - Bugloſſæ
  - Scolopend.
  - Maioranæ.

DE MEDI-

## DE MEDICAMENTIS PVRgantibus in forma liquida, unumquemlibet humorem. Tab. III.

- Purgãt
  - Pituitam
    - Clementiora,
      - Hiera picra Gal.
      - Agaricus
      - Turbith
      - Diaphœnicon.
    - Valentiora
      - Electuarium eleſcoph
      - Electua. Indum
      - Diacytoniten
      - Diacarthami
      - Benedicta.
  - Bilem flauã
    - Clementiora
      - Caßia fiſtularis
      - Manna
      - Diaprunis ſim.
      - Catholicon
      - Rhabarbarum.
    - Valentiora,
      - De ſucco roſarum
      - Diarhabarba. N.
      - Diaprũnis ſoluti.
      - Stomachum laxati.
      - De pſyllio
      - Catharticũ imperiale.

- Atram bilem,
  - Clementiora,
    - Caßia fiſtularis
    - Diacaßia
    - Diaſene leni.
    - Catholicon.
  - Valentiora,
    - Confectio hamech
    - Electuarium de epithymo
    - Diacitoniten.

A' mitioribus ſemper inchoandum erit, quæ aluum leuiter mouent, atq; ſine tumultu exonerant: quorum doſis erit ad unc. 1. Si de paulò autē ualidioribus, drachmas ſex hodie, aut paulò plus minus'ue, pro ætatis, ſexus, anniq; temporum ratione, & pro ſumentis uiribus practici exhibere ſolent. Sumuntur autem omnia medicamenta purgantia ſummo mane, cùm uentriculus ciborum copia non grauatur.

# DE MEDICAMENTIS PVRgantibus ſolidis, ſiue in forma pilulari.

Tab. 4

- Educentia
  - Pituitam,
    - Clementiora,
      - Azaireth } à capite.
      - De hiera S. } à capite.
      - Elephanginæ, à ſtomacho.
      - Imperiales
      - De agarico, à pectore.
      - Stomachicæ, à ſtomacho.
    - Valentiora,
      - De hiera cum agarico } à capite
      - Cochiæ } à capite
      - Indæ
      - Arthelicæ, à iuncturis
      - Fœtidæ, à capite.
      - Lucis, ab oculis.
      - De hermod. à iuncturis.
      - De euphorbio.
  - Flauam bilē,
    - Clementiora,
      - De rhabarbaro, ab hepate.
      - Sine quib. à capite etiã pituitã educũt
      - Communes, ſiue peſtilentiales.
    - Valentiora,
      - Aggregatiuæ, à toto.
      - Aureæ, à capite, ut etiam Arabicæ & Azaireth.
      - De aloe.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Atram bilem | Clemētiora | Indæ | ab Hepate & ſplene. |
| | | De fumo terræ. | |
| | Valentiora | De lapide lazuli | |
| | | De lapide armeno. | |

Pilulæ quæ ad caput expurgandum hodie exhibentur, cæteris maiores eſſe debent: quò diuitiùs uentriculo immoratæ, potentiùs ad ſe noxios humores trahant: & hæ ueſperi duabus aut tribus horis à cœna ſumuntur. Quædam minori forma parantur, ut ſunt elephanginæ & communes dictæ, ut ſtatim in uentriculo diſſoluantur. Parum purgant, ſed uentriculum magis confortant: & illæ ſolent exhiberi duabus horis ante cœnam. Quæ uerò ad aluum deijciendam, mediocri forma debent eſſe, & diluculo ſummo exhibētur. Doſis aũt pilularũ, rarò drachmã unã excedere debet, niſi in corporibus expertis. Volutantur in puluere uel cinnamomi, uel liquiriciæ: nonnunquam etiam auro obducuntur, ut minori moleſtia accipi poßint.

## DE BOLO PVRgatorio.

Bolus purgatorius, id eſt buccella, quantum bucca una uice capere poteſt, diuerſis formatur modis. Aliquando ex ſimplicibus medicamentis, interdum ex antidotis purgantibus liquidis, quæ excipiuntur ſaccharo. Nonnunquã etiam ex ſolidis antidotis, adiectis pulueribus & ſpeciebus, ad uehementiam quorundam corrigendam, atq; ſyrupo, uel alio liquore excipiuntur, & in formam boli reducuntur. Quantitas autẽ boli nunquam tranſire debet uncias duas. nam una uice deuoranda erit.

## DE INFVSIONIBVS, decoctis, clyſteribus, & ſuppſitorijs. Tabula v.

Infuſio hodie dicitur liquor, in quo medicamenta parum trita, uel pulueriſata, uel ſolida, etiam integra macerantur, abſque ulla decoctione, per horas plures, noctem totam, biduum, uel triduum, pro natura medicamenti, ut uirtus eius tota in liquorem trahatur & tranſeat. Diuitibus & delicatis exhibentur, eo quòd gratiores ſunt huiuſmodi potiones purgatrices, quàm ipſa ſolidorum ſubſtantia. citius etiam diſtribuuntur liqui-

da, quàm craſſat. Oſeruãdũ eſt quoq; diligẽter, ut ſemper medica mentis purgantibus adijciantur, quæ uehementiam eorum corrigere poßint: & quanto tempore maceranda ſint. Hodie duodecim horas, nonnunquam integram noctem & diem macerantur, quæ macerata ualentius colando exprimuntur, aut per colum rarius, ut per manicam Hippoc. tranſmittuntur. nõnunquam à nonnullis medicamenta purgantia liquida & ſyrupi, ut gratior fiat potio, ijs commiſcentur: alij alterant ſaccharo, aut cinnamomo, ut patiens ſe medicamentum ſumpſiſſe neſciat. Aliquando uice infuſionis, iuſculo aliquo ſupradicta medicamenta nodulo ligata incoquimus. Quidam hodie iuxta humorum redundantiam, decoctum pro medicamentis purgantibus parant: ut ſi pituita redundat, è ſeminibus atq; radicibus, quæ lentos & craſſos humores incidunt, & obſtructiones liberant: ſi bilis flaua, è uiolis, lactuca, cichorio, & eiuſmodi quæ quæ bilis acrimoniam refrenant, decocta faciunt. Primus modus eſt hodie magis in uſu.

Medicamenta quæ infunduntur ſeu macerantur liquore aliquo, ſunt:

Agaricum,

Agaricum, Doſis eſt ad.ʒ.v.
Senna, Doſis ad.ʒ.vi.
Rhabarbarũ, Doſis ad.ʒ iiij. v. aut ſex.
Turbith ad.ʒ.i.
Scammonium ℈. s. uel grana iii.
Hermodactylus.
Myrobalani ad ʒ iij.
Tamar indi ad ʒ. ij.
Pſyllium ad unc. i. ſicut fumus terræ.
Aloë, ad ʒ. ij.

} Et alia permulta ſuper cineres calidos tẽperantur aliquandiu humore ſiue liquore idoneo, ut uis uehemẽs corrigatur.

Agaricum eſt familiaris medicina, ubi correcta fuerit. corrigitur autem cum oxymelite ſcyllitico, aut ſale gemmæ, uel zingibere, ſemper admiſcendo tertiam partem: & quia uentriculo aduerſatur ſua leuitate, debet admiſceri aliqua medicina ſtomachica: ſicut Cinnamomum, Garyophy. Maſtix, aut calamus aromati. Dantur binæ drachmæ cum oxymelite, uel melle roſ. macerati. doſis ad ʒ. 5. Poteſt dari in forma liquida, aut pilulari, uel pulueris.

Senna corrigitur cũ zingibere, uel datur cũ iure gallinæ, pulli, uel carnium, abſq; trituratione.

Rhabarbarũ corrigitur cũ tertia parte ſpicæ nardi, aut cinnamomi, uel iunci odorati, aut maſtichis. Datur cũ ſero lactis, aut ſucco cichorij, uel cũ decoctione purgãte bilẽ flauã. Maceratur in iiſdẽ decoctis, aut in aquis diſtillatis, idq; in æſtate: hyeme uerò in uino albo optimo. In ſubſtãtia datur ad. ʒ. iiij. uſque.

Turbith

*Turbith corrigitur cum ſubdupla, aut tertia parte zingiberis. Datur cum Melle roſ. aut Conſ. uiol. uel paſſularum decocto, pondere drachmæ unius, aut paulo plus, pro ſumentis uiribus. Pituitam glutinoſam purgat, longis morbis medetur.*

*Scammoniũ, id eſt diagrydium, corrigitur decoquendo in citonio. Admiſcentur ex ijs quæ iucundum ſpirant odorem, & ſtomachum confortant: ut Aniſum, maſtix, thymus aut pulegium, &c. Datur per ſe cum melle, aut ptiſſanæ cremore, uel cũ aqua myrobal. citrinorũ, cum ſaccharo uiol. uel roſ. ſyrupo. Alij macerant in oleo uiolato: tunc abſque noxa deorſum uergit. Doſis eſt ad ſcrup. 1.5.*

*Myrobalani, quorum genera ſunt quatuor: citrina, cepula, inda ſiue nigra, & emblica. Citrina, bilem flauam: nigra, atram: cepula, pituitam detrahunt: uentriculum & inteſtina ſua adſtrictione roborant. trita, uſta, aut elota, corriguntur cum ſaccharo, amygdalis dulcibus, paſſulis, ſemine aniſi. in forma potabili dantur cum decoctione cõmuni, uel ſero caprino. Citrini dantur cum decoctione purgante bilem flauam: nigri, cum ijs quæ atram bilem: alij, cum ijs quæ pituitam. quorum doſis ad drach. iij. aut iiij. trita.*

*Tamarindus, noxas omnes à calore natas mitigat. Datur ad febres ardentes cum rhabarba. &*

*caßia,*

caſſia. Doſis eſt unc.i. Cõtunditur, contuſus in aliquo liquore miſcetur, ut in hepatis paſſ. aqua endiuiæ: uentriculi, menthæ. deinde colando exprimitur, ut aliquid ſubſtantiæ eius extrahatur.

Aloe, datur ijs qui capitis doloribus à uentriculo afficiuntur: necnon laborantibus oculorum ſuffuſionib. Doſis eſt ad. ʒ. ij. ex aqua mulſa.

Polypodium. eius radicis purgatæ, dantur ʒ. ij. ex aqua mulſa. Alij cum odoratis corrigunt eius uim, ut cum zingibere, ſem. aniſi, gariophillis, cinnamomo, & ſimilibus. Aluum deijcit contra moleſtiam in gallinaceo iure, tum in ptiſſanæ cremore radix cocta.

Epithymũ datur adultis tuſum, & cribro excuſſum, ℈. v. aut. ʒ. ij. cum paſſo, uel aceto mulſo: adiecto pauxillo piperis, uel ſalis gemmæ. parum decoquitur.

Elleborus niger corrigitur cum ſeminibus odoratis: datur ex paſſo, aut aceto mulſo, ad ℈. iij.

Hiera picra, multùm de ſe debilis: per ſe enim data nõ operatur, niſi in debilib. Poteſt dari in potione: ſed propter eius amaritudinẽ præſtabit potius dare in forma pilulari, quãuis in potione potẽtius operetur: datur in potione ſecurè ad unc. 5.

Mezereon, Eſula, & huiuſmodi, macerantur in aceto, ut deponant acrimoniam.

Armenius lapis, quo pictores utuntur, datur ad ℈ iiij.

DE

## DE DECOCTIS.

Decocta parantur ex ſeminibus, folijs, radici-bus, & plantarum floribus. Folia & flores mani-pulis: fructus, numero: radices & ſemina, pondere æſtimentur. Radicum quantitas unc. iij ad ſummū quinq;: foliorum, faſciculorū manualium quinq;: ſeminum. ℥. iiij. aut ſex: florum, manipulorum qua-tuor non excedat. aquæ menſura, in qua decoquun-tur ſupradicta, libras tres non debet tranſire. Cæ-terum cuilibet libræ aquæ, libra ſemis ſacchari & mellis admiſceatur. Si uerò decoctionem odora-mentis, ut iucundior fiat, parari opus fuerit, cui-libet libræ decocti ℥ ij. odoramentorum commi-ſcendæ erunt.

## DE CLYSTERIBVS.

Clyſterium uaria ſunt genera: ad quorum com-poſitionem, quatuor rebus opus eſt. Primùm a-liquo liquore, ut piſorum, cicerum, pulli, gallinæ, capi, caſtratorum, uel aliarum carnium aut deco-cti, iuxta morbi naturam uariari ſolet. aliquando enim abſtergendum, adſtringendum, glutinādum, &c. Secundò, medicamenta purgantia requirun-tur, quæ duplo pondere dantur ad ea quæ deuo-rantur. Tertiò, ſunt olea & pinguedines, quæ e-tiam pro morbi diuerſitate uariantur. Quartò, ſalis genera, ut facultatem excretoriam excitent. prætera aliquando mel, aut ſaccharum, aut buty-rum, aut uitelli ouorum, prout morbus poſtulat, adijciun-

adijciuntur. Eſtq; communis regula, quòd ad iuris decocti, uel alterius, libram unam, oleorum unc. iiij. uel iij. pinguedinum, mellis, butyri, ſachari unc. i. aut s. uitelli ouorum duo, aut tres: ſalis uerò. ʒ. i. plus minus'ue. Clyſterium quidam ſunt debiles, quibus utimur in febribus, & in ijs qui longo morbo debilitati, ſenibus & inteſtinorũ torminibus: uehementiorib. & acrib. in morbis frigid. longis, & qui exitiale uenenũ ſumpſerunt.

| | | |
|---|---|---|
| Herbæ quinq; cõmunes, | Malua<br>Althæa<br>Mater uiol.<br>Atriplex<br>Mercurialis | Singulorũ quãtitas. poteſt eſſe M. i. decoquãtur ad tertias, et colo diffundãtur, accipiaturq; iuris decocti lib. i. medullæ caßiæ unc. i. adijcitur interdũ Hieræ picræ unc. s. cũ mellis roſa. ʒ. iij. olei unc. iij. & ſalis ʒ. i. |

Clyſteres inijci poſſunt omni tempore, modò duabus aut tribus horis, uel longius à cibo adhibeantur.

## DE SVPPOSITORIIS.

Suppoſitoriorum tria ſunt genera. Quædam leuia: & iſta nobis ſunt familiaria. fiunt enim ex radice betæ, caulis, uel mercurialis, lardo, caſeo, ſtercore humano exiccato, melle perunctis, ſuillo adipe ſal conſperſo, ficu inuerſa, & butyro, adiecto ſale. Quædam uerò mediocria, & fiunt è uitello

tello oui, croco, additis melle & ſale, uel quæ è ſale & melle componuntur. Quædam ſunt uehementiora, ut quæ recipiunt ſcammonium, euphorbium, elleborum, & huiuſmodi pulueres, quibus magna neceßitate utimur in morbis magnis. Danda eſt opera, ut drach. uni ſpecierum & ſalis, unc. 1. mellis addatur. Pulueres triti & cribrati, cum melle cocto aut cera & oleo, donec in unum coeant, miſcentur. Dum ſubijciuntur, prius oleo, butyro, aut alia pinguedine illita eſſe oportet. Si uoluerit medicus fortificare uirtutem expulſiuam, ſubijciat ſuppoſitorium Luna in ſignis exiſtente frigidis: ſicut in Cancro, ſcorpio, & piſcibus.

DE SPE-

# DE SPECIEBVS AROMATICIS ſiue confectionibus, unam quamlibet partem roborantibus. Tab. 5.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Reſpiciunt* | *Caput* | *Frigi.* | *Diarhodon abbatis*<br>*Diacoralli*<br>*Manus Chriſti* | *Ad cerebri paſſiones calidas.* |
| | | *Calid.* | *Diambræ*<br>*Mithridatum*<br>*Diamarg.calidum*<br>*Electu.pliris arcoticō* | *Apoplexiæ, epilepſiæ, et affectibus melancholicis medētur.* |
| | *Thoracē* | *Frigi.* | *Tragacanthum frigi.*<br>*Diapapauer* | *Diſtillationibus ad pectoralia calidis exhibentur.* |
| | | *Calid.* | *Diapenidion*<br>*Tragacanthum calid.*<br>*Diacalamentum*<br>*Diapraſſyum*<br>*Diaïris Salomonis* | *Ad thoracis et pulmonū uitia, ut ſputa lēta, craſſa, in pectoralibus contenta.* |

**Reſpiciunt**

- **Vētriculū,**
  - **Calid.**
    - Roſata nouella
    - Aromaticum roſ.d.G.
    - Aromatici garyoph.
    - Diatrion pipereon
    - Diagalanga
    - Dianiſum
    - Diacyminum
    - Diacynnamomum
    - Diazingiber
    - Confectio de xilaloen.
    - → Ad prauam uētriculi coctionē, flatus, acidósq́; ructus.
  - **Frigi.**
    - Triaſantali
    - Diarhodon abbatis
    - Diacitoniten
    - → Aduerſus uētriculi & iocinoris calorem.
- **Cor,**
  - **Frigi.**
    - Manus Chriſti
    - Diamarg.frigid.
    - Diacoralli
    - Triaſantali
    - → Deiectis uirib. et febribus ardētib. medentur.
  - **Calid.**
    - Diamarg.calidum
    - Cōfectio de muſco dul.
    - Diambra
    - Diacameron
    - Elec.lætitiæ Gale.
    - Roſata nouella
    - Mithridatum
    - Theriaca
    - → Aduerſus cordis. palpitationem.

Hepar

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hepar | Frigida | Diarhodon abbatis<br>Triaſantali | Aduerſus iocinoris calores. |
| | Calida | Dialacca<br>Diacurcuma | Ad iocinoris & lienis obſtructiones, ac aquam intercutem. |

*Componuntur magna ex parte confectiones è ſpeciebus multorum antidotorum, adiectis quibuſdam nouis & recẽtibus. Vocantur hodie à noſtris practicis rotulæ ſeu tabulæ: quoniam formam orbicularem accipiunt. Quæ uerò forma ſunt longa, morſelli & lozengiæ dicuntur. Modus exhibitionis ʒ.i.s. aut ʒ.ij. pro ſumentis habitu & affectu. Dantur diluculò et ueſperi, tribus aut quatuor horis à cœna elapſis.*

## DE CONSERVIS SIVE HODIE *conditis uocatis, nec non & trochiſcis atq; eclegmatis.* Tab. 7.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Reſpiciunt | Caput | Anthos<br>Roſmarini.<br>Acori<br>Lauandulæ<br>E bethonica<br>E pœonia. | Aduerſus comitialem morbũ, apoplexiã, & alia capitis & neruorũ frigida mala. |
| | Frigi. | De nenuphare<br>Roſarũ E prunella<br>Violarum. | Ad uapores in cerebrum irrepẽtes reprimendos. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Reſpiciunt | Thoracē | Enulæ campanæ<br>Capilli Veneris. | Ad uiſcida & lenta ſputa è pectoralibus educenda. |
| | Cor | Boragin.<br>Bugloſſæ<br>Acetoſæ. | Palpitationi, melancholicis, & triſtibus auxiliantur. |
| | Ventriculum | Abſynthij<br>Gingiber conditū<br>Acorus conditus<br>Saluiæ<br>Citria condita. | Ventriculum firmant, concoctionem iuuant, oriſq; ſuauitatem efficiunt. |
| | | Roſarum<br>Cichorij<br>Acetoſæ<br>Cotonea condita<br>De nenuphare. | Acrimoniā bilis obtundūt, uehemētioribus febribus ſubueniūt, doloribus quos bilis creat: et capitis dolores ſedant. |

*Nullus in ijs ſumendis præſcriptus eſt modus: uſus hodie ſeruat, ut mane & ueſperi nucis iuglandis quantitate exhibeantur. nonnunquā his admiſcētur pulueres aromatici, & cum ſaccharo uel ſyrupo appropriato, mixtura quam uocant, conficitur.*

DE TRO-

## DE TROCHISCIS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Trochiſci | Aperitiui, | De rhabarbaro<br>De eupatorio<br>De myrrha. | Ad hepatis obſtructiones & febriũ horrores, quos pituita creat, necnõ aquã intercutẽ. |
| | Alkeket. Cõſtrictiui, | De ſpodio<br>De ueſicaria<br>De terra Lẽnia<br>De caphura<br>De berberis. | Ad febres ardentes, iocinoris calefactionẽ, atque uentris profluuium. |

Trochiſci, cũ uſus poſtulat, triti ex aqua aut uino, aut alio quouis liquore ebibendi exhibentur. Nonnunquam antidotis, ſaccharo, pilulis, clyſteribus, unguentis, alijſq; huiuſmodi cõmiſcentur. Trochiſcorum, qui ſine aliorum medicamentorum mixtione ſumuntur, doſis non debet tranſire ʒ.1. uel ʒ.1.s. & 2. quorum compoſitionem opium ingreditur, ℈.1. aut ʒ.s. dantur.

## DE LOCH, SIVE ECLEGMATIS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Loch | Mitiora, | De pino Me.<br>De pulmone uulpis Me.<br>De caulibus Gordonij. | Tuſsi diuturnæ & aſthmati medentur. |
| | Valẽtiora, | Sanũ & expertũ<br>De ſquilla. | Aſthmati antiquæ à craſsis et uiſcidis humoribus auxiliãtur. |
| | Frigidũ. | De papauere. | Tuſsi à caliditate & ſiccitate ſubuenit. |

Poſſunt ſumi omni hora, præter loch de papauere, qui datur hora poſt cœnam.

## DE STVPEFACIENTIBVS, SOMnum prouocantib. & de ijs quæ uomitũ prouocant. Tab. 8.

- Stupefacientia &, ſomnũ prouocantia, interius ſumẽda.
  - Mitiora
    - Sy. uiolaceus
    - Syrupus de papauere
    - Succi
      - Lactucæ
      - Semperuiui
      - Solani
      - Portulacæ
      - Cicutæ
    - Conſerua Violarum
    - Conſerua Nymphææ
  - Valentiora
    - Philonis antidotũ
    - Athanaſia
    - Dialibanum
    - Diacodyõ Micleta
    - Vehemẽtiorib. nõ niſi maxima neceſſitate utẽdum eſt: neq; cõtinuis dieb⁹, ſed ex interuallis talia ſunt dãda. Doſis eſt à ℈ ij. uſq; ad ʒ.1. cũ ſyrup. roſ.
- Exterius admouẽda
  - Oleum uiolaceum
  - Oleum mandrago.
  - Vnguentum populeonis
  - Decoctũ corticis mãdrago.
  - Semen hyoſcyami
  - Lac muliebre
  - Semen papaueris
  - Decoctum ſalicis
  - Opium
  - Anethũ uiride in oleo coctũ
  - Conſultius eſt primò his quæ extrinſecus admouẽtur, uti (ſcil. ut tẽporibus illinantur) quã quæ intra corpus ſumuntur.

Cauendum aũ, tnc unquã mẽbris principalibus, ut cerebro, cordi, iecori adhibeantur: neq; pueris, ſenioribus, grauidis, ac alijs imbecilioribus applic entur.

| | | |
|---|---|---|
| Mitiora ſimplicia, uomitũ elicientia | Aqua calida<br>Hordei decoctum<br>Ficuũ recentiũ lõga comeſtio<br>Oleum crudũ digitis aut penna in os dimiſſum. | Sumuntur cum unctuoſis, uel ſine. |
| Mediocria | Atriplicis ſemen & radix<br>Semen: Raparum, Naſturtij, Erucæ, Melonum<br>Cucumer aſininus<br>Naſturtium<br>Radix bethonicæ. | Iſta in aqua decoquũtur, et cũ oleo uel unctuoſis aſſumũtur. |
| Compoſita | Sy. acetoſus. S. & compoſ.<br>Oxymel.<br>Hydromel. | A' cibo ſumuntur ad unc. iij. |
| Valentiora | Radix rhaphani, & ſemẽ eius<br>Cæpæ, & ſemen eius<br>Baurach<br>Vterq; elleborus<br>Radix cucumeris ſylueſtris<br>Flores ſparti<br>Nux uomica. | Sumpturis iſta uehementiora, confert præſumere paucũ cibum: neq; hæc imperari debẽt niſi ubi ſtrãgulatus ſuſpicio imminet. |

*Aduertendum, potiones quæ uomitus ciendi gratia bibũtur, tepidas, affatimq́; ſumendas eſſe.*

## DE ERRHINIS, MASTICATO-rijs, odoramentis, & ſuffumigationibus. Tab. 9.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Errhina* | Mitiora, | *Aquæ diſtillatæ capitales*<br>*Anagallidis utriuſq; ſuccus*<br>*Succus cæparum*<br>*Succus cyclaminis*<br>*Succus braßicæ*<br>*Succus foliorũ enulæ cãpanæ* | *Liquida naribus illinuntur aut iniiciuntur, interdum oleis & ſpeciebus aromaticis ca. admiſcentur.* |
| | *Valentiora* | *Succus ſtruthij*<br>*Succus rad. nigellæ*<br>*Succus marrubij*<br>*Caſtorium*<br>*Piper*<br>*Elleborum album.* | *Quæ ſicca ſunt, calamo induntur naribus: uel aliquo liquore, aut cera componuntur, & filo naribus induntur.* |

*Liquorum unc .ſ. una uice infudiſſe ſufficit. Vnicè tamẽ obſeruandum, ut qui ſumunt, priùs os aqua impleant, ne è naribus per uias ſiue meatus defluãt ſucci. ac caput in poſteriora reclinandum: neq; his utendum, niſi corpus prius uacuatum fuerit medicamento deiectorio, aut phlebotomia. Horum uſus eſt in longis capitis morbis, præſertim morbo comitiali, narium obſtructionibus, odoratus difficultate, & oculorum affectibus antiquis.*

## De maſticatorijs,ſiue apophlegmatiſmis.

*Maſticatoria*
- *Mitiora*, { *Hyſſopus*, *Origanum*, *Thymum*, *Pulegium*, *Cappares*
- *Valentiora* { *Sinapi*, *Maſtix*, *Radix acori*, *Zingiber*, *Piper*, *Pyrethrum.*

} *Retinentur in ore,& commãducantur,dẽtibuſq; confringũtur, aut contuſa & liquore aliquo uel melle excipiuntur, & manſiles paſtilli formãtur.*

*Vtendum maſticatorijs maximè matutino tẽpore, quum corpus expurgatum eſt à reliquis excrementis: atq; poſt illorũ uſum,os abluendũ eſt aqua,uel melicrato,aut ptiſſana.*

## De odoramentis.

*Calida odoramẽta* {
- *Styrax* — *Ladanum*
- *Lignũ aloes* — *Maiorana*
- *Cinamomũ* — *Caryophylli*
- *Maceris* — *Ladanum*
- *Maſtix* — *Lauandula*
- *Muſcus*
- *Nigella*
- *Iuniperus*
- *Geniſta*
- *Maioran.* — *Thus*
- *Garyophylli.* — *Ocymum*

} *Citra ignis acceſſionẽ fiunt,ſuo odore cerebrũ alterant,oleo uel aliquo liquore orbiculi ad uſum formãtur, aut unguẽta uel poma trita excipiuntur liquore.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Frigida | Nenuphar ex nyphæa | | Roſæ | | Camphora |
| | Oleum uiolarum | | Viola | | Vnguentū populeonis. |
| | De papaue. | | Sātali. | | Mādrag. |

Vſus horum eſt ad iucundum odorem faciendum, ad peſtilentiæ contagia arcenda, ad diſtillationes à capite ad pectoralia: tuncq́; naribus admouentur.

## De ſuffumigationibus.

| | | |
|---|---|---|
| Saluia | Maiorana | Trita iſta excipiūtur liquore, incendūtur, aut ignitis carbonibus inijciūtur. |
| Roſmarin. | Baſilicon | |
| Maceris | Garyophyl. | |
| Cinamomum | Lignū aloes | |
| Thus, Myrrha | Maſtix. | |

Vſus eſt ad odorem gratū comparandū, ad diſtillationes à capite ad pectoralia, ad peſtilētiæ contagia arcenda: tunc naribus admouētur. conueniunt Aſthmaticis, ubi uapor per os recipiendus.

## DE OLEIS, VNGVENTIS, LInimentis, Emplaſtris, & Cataplaſmis. Tab. 10.

| | | |
|---|---|---|
| Repellētia frigida, et adſtringentia, | Oleū roſa. omphac. | Refrigerant, adſtringunt, incādeſcentibus inflāmationum feruoribus medentur. |
| | Oleum myrtinum | |
| | Violarum | |
| | Nymphææ | |
| | Papaueris | |
| | Citoniorum. | |

Dige-

| | | | |
|---|---|---|---|
| Digerẽtia, ſiue rarefacientia | Mitiora | Oleũ chamæmeli<br>Anethinum<br>Roſatũ cõpletum<br>De nucibus<br>Amygd.dul. | Iſta tẽperato calore rarefaciunt, ad longas maximè febres diſcutiendas accommodantur. |
| | Valẽtiora, | De iunipero<br>Laurinum<br>Conſtinum<br>Rutaceum<br>Maſtichinum<br>Abſynthij<br>Nardinum<br>Vulpinum<br>Amygd. amararũ<br>Scorpionum. | Calefaciunt, reſiccant, membra refrigerata & imbecilla roborãt, neruorũ morbis medentur. |

## De unguentis.

| | | |
|---|---|---|
| Vnguenta repellentia frigi. | Populeon<br>Infrigid. Gale.<br>Santalinum<br>De bolo | Ad partes refrigerãdas accõmodantur: eryſipelæ alijsq; calidis inflãmationibus medentur. |
| Calida ualenter rarefaciẽtia ſiue digerentia. | Aregon<br>Martiatum<br>Agrippa<br>Dialthæa<br>De meliloto<br>Alabaſtrum | Aduerſus frigida corporis mala, reſolutionem, coxendicem, nephritem, febrium pituitoſarum horrores maximè faciunt, emolliunt duricies, &c. |

Vnguenta

*Vnguenta componuntur ex ſpeciebus, iuxta morbi naturam, oleis & cera: interdum adhibentur adipes, medullæ, butyrum, & ſimilia, aliquando gummi commiſcentur, nonnunquam ſucci. ingredientia quædam ſeorſum debent pulueriſari. De cera non datur præſcriptus modus, niſi ad cõſiſtentiam unguenti adijcitur. Hodie in componendis unguentis practici obſeruant, ut unciæ uni oleorum uel alterius liquoris, drachmam unam pulueris & unc. 2. ceræ adhibeamus. Sed præſtat arbitrio medici ceræ quantitatem relinquere.*

## De Linimentis.

*Linimenta ex eiſdem ferè rebus fiunt, quibus unguenta, dempta ſola cera: conſiſtentiam paulò molliorem & liquidiorem accipere debent. Hora applicandi unguenta & linimenta laudabiliora, eſt poſt uniuerſas euacuationes.*

## De Emplaſtris.

*Emplaſtra ex herbis, floribus, radicibus, ſpeciebus groſſa arte cõtuſis cum oleis, uel alijs liquoribus ſimul mixtis, uel bullitis. Herbæ & flores per M. numerantur: radices per unc. aut drach. ſimiliter pulueres & farinæ. Obſeruant hodie in componendis emplaſtris, ut cuilibet manipulo oleorum aut alterius liquoris unc. 1. aut unc. 1. s. commiſceatur. Præterea, Emplaſtrum ex herbis uiridibus & radicibus, ſi quando Medicus componere*

ponere intendat, tantum bulliri iſta oportet, donec ad ſpiſsitudinem ueniant: deinde adduntur liquores, ut uel oleum, adipes, butyrum, & huiuſmodi iuxta Medici arbitriū, uolētis uel digerere, uel ſuppurare. Si uerò cum melle emplaſtrum ſit componendum, pro lib. 1. mell. ſpecierum unc. 4. admiſcentur: compoſitum emplaſtrum, linteolo affectæ parti adhuc calidum illitum admoueatur.

## De Cataplaſmatis.

Cataplaſmata ab emplaſtris differunt, quæ fiunt tantùm è plantis uiridibus contuſis, uel iiſdem ad mollitudinē uſq; in aqua decoctis. Ea abſq; aliquo liquore pingui. hypochondriis adhiberi ſolent, aliiſq; partibus. Quæ ſuſpecta ſemper ſunt, niſi prius corpore uacuato.

θεῷ δόντος, τέλος.

BASILEAE, EX OFFICI-
*na Ioannis Oporini, Anno Salutis
humanæ* M.D.LXIII.
*Menſe Ianuario.*